§ De convenientia incarnationis, et quam sacrorum scripturarum locis convincatur ipsa esse perfectam, late hic auctores non nulli disserunt, et praecipue locum Danielis cap. 9. ver. 21. de septuaginta hebdomadibus exponendum suscipiunt. nos ergo alias Danielis locum explicavimus, et proterea abstinentes longiori digressione aliqua solum hic perstringemus circa convenientiam incarnationis, quae magis Scolastica esse videntur. sint semper prae oculis sistendum illud Damasceni lib. 3. de fide ortodoxa cap. 1. (quod etiam adducit S. Thom. quaest. 1a huius 3ae partis artic. 1. ubi quod per incarnationis misterium monstratur simul bonitas, et sapientia, iustitia, et virtus Dei; bonitas quidem quoniam non despexit proprii plasmatis infirmitatem; iustitia vero, quoniam homine victo, non alio quam hoc ipso medio vicit, et triumphavit de tyranno neque absoluta vi eripuit ex morte hominem: sapientia vero quoniam invenit difficillimi propositi decentissimam solutionem; potentia vero, sive virtus infinita, quia nihil est maius, quam Deum fieri hominem.

§ Ex dicto Damasceni textimonio constat misterium incarnationis plures continere utilitates circa de convenientia. a. illam praecipue adducit nos

D. Thom. articul. citato quod de ratione summi boni sit summo modo se communicare creaturis: et nullo alio pacto se communicat summe creaturis, nisi per incarnationem; ergo id fuit utilis incarnatio ad ostendendam bonitatem, iustitiam et sapientiam Dei; sed etiam Deo conveniens. Haec vero difficultate non caret; neque amplius aliquid probare videtur, quam convenientiam; quia si de ratione summi boni est communicare se, potius oppositum videtur quod se communicet creaturis per incarnationem, quia a Deo deficere non potest ratio summi boni: sed summa communicatio est de illius ratione, ergo etc. [?] Caiet. quod communicare se aliis est actus communicantis; sed actio communicandi est in communicante, ergo est perfectio illius. Sed haec necessario rem obscuram per obscurius explicat: neque si actus communicandi se est perfectio Dei, quod Deo deficere non poterit: quod quod est nimium actio debeat esse in agente. Propter haec S. Vasq. in expositione articul. S. Thom. ita interpretatur et illam propositionem quod ad rationem summi boni pertinet se aliis communicare; quasi significet quod est illius maxime conveniens, et consentaneus et proprium summi boni quod se communicet aliis: hanc vero convenientiam in genere congruentiis reperiri in Dei, videtur manifestum cum opus tam summae virtutis exigat. Dari etiam similem convenientiam in Confirmatis; quatenus expedit quod Deus velit se creaturis communicare infinite, primario quidem propter se ipsum, secundario propter bonum creatum, videtur certum.

§ Ut [?]bilius maiori expositione egeat dicta S. Thom. propositio pro cuius intelligentia notandum est multipliciter accipi convenientiam. Scilicet negative primo deinde positive: positiva convenientia datur, ubi reperitur quaedam inclinatio, et propensio ad aliquid; sic in genere moris dicuntur nobis convenire actiones utiles, delectabiles, et honestae; quia in illos ferimur, et propendemus. Negative conveniens est quod neque inhonestum, neque indecens reperitur alicui v.g. quod cognoscamur [?] neque indecens; neque decens ru-

extrem, ad indifferenter, et neutraliter se habet. Si loquamur de conuenientia negatiua manifesta est allata ratio S. Thom. nam incongrua, neque dedecere summum bonum incarnationem. Sed potissima difficultas est de conuenientia positiua incarnationis ratione trium extremorum; in primis ratione Dei; deinde ratione naturae humanae assumptae; demum ratione totius quod sunt.

§ Quod 1um attinet fatile non dari ratione Dei aliquam conuenientiam positiuam per modum propensionis aut inclinationis ad incarnationem. ratio est quia Deus est summe completus, impassibilis, et perfectus summe in omnibus, quae ad ipsum attinent; quapropter ex his nihil deesse potest, cuius defectu moueatur appetitu elicito. vel naturali ad propensionem, et inclinationem, quoniam alias se ipso, non esset summe beatus, summeque felix, quod quidem extra se appeteret aliquid, quo indigeret sua perfectione, et felicitas. insuper cum Deus sit impassibilis, pati, aut sustinere nequit aliquam qualitatem ex qua oriatur inclinatio. concluditur ergo nullam dari conuenientiam positiuam in Deo per modum inclinationis. Omnibus his non nego dari in Deo conuenientiam positiuam proportionis ad incarnationem quatenus agens incarnationis opus sit aliquo modo proportionatum diuinae magnitudini, eo modo, quo dicimus vestem pueri non esse conuenientem giganti, et multo amplioris nec prouaculo conuenire arundinem, et liciatorium textoris ut dicitur de Goliae vaculo: ratio est, quoniam haec proportio est relatio rationis, et ut late alias docui praeter entitates extremorum, et coaniem comparantes illa nec te nihil aliud affert; ergo datur praedicta conuenientia; et ex illa exponi

poti

potum S. Patres passim loquuntur conformiter ad Aug. lib. 13 de trinit. cap. 11. incarnatio est bona, et congrua, dummodo intellige congruentia proportionali.

§ Supposita volunt. redimendi hominem datur a Deo propensio, et inclinatio ad medium nobilissimum, et maxime proportionatum: hoc videtur esse manifestum, quoniam nullus artifex est, qui cognoscens proportiones mediorum non habeat appetitum elicitum ad media apta, et comoda; cum ergo Deus ex sua artificis propendet in media quo proportionata propensione, et inclinatione non antecedenti, sed consequenti: at incarnatio est medium nobilissimum, in quo elucet summa Dei pot., et virtus, summa sap., et misericordia, ut dignum videtur S. Damasceni superius adducta verba, et alia, quae adducit Suar. Lugo, et plures recentiores: quod supposita volunt. redimendi hominis habet Deus propensionem ad incarnationem. An vero ista propensio sit ita efficax, ut supposita volunt. finis teneatur Deus saltem moraliter ad istud medium? Nam supra negative responsum manet.

§ Marcion, Apeles, Valentinus, Alexander, et Manes heretici, quos secuti alii eiusdem farinae indignum Deo arbitrati sunt quod humanam assumeret carnem; ita quae indignitate dedecoris, quod refundebatur in Deum; et propterea devenit in insanos alios distracti sunt errores. nam S. Marcion corpus Christi apparens, et mere phantasticum fuisse dixit. Apeles verum esse verum fuisse corpus; sed sumptum de sideribus non de fragilitate humana. Valentinus corpus, et carnem Christi spiritualem fuisse asseruit. Alexander vero fuisse huius generis Adamicae carnis de stirpe peccatricis; sed alterius carnis impeccabilis. hos isti errores eo sed nitebantur argumento, quod hanc carnem Deo indignam indicarent. Redarguit late hos errores Tertulianus lib. de carne

Aspirat etiam lib. de resurrect. carnis. S. Irenaeus lib. 1o. contra Valentinianos Epifanius in ancorato, et alii plures Sanctorum Patrum, qui latissime arguunt pro proportione incarnat. ad fines a Deo intentos, et pro honest., decencia que eiusdem incarnat.

§ Ubi ceterum patres

dum convenientiam incarnat. adstruunt nunquam loquuntur de convenientia, qua inducatur Deus antea ad illius executionem; sed ex inde comprobant non esse indecoram incarnationem Deo, quia est excelens medium ad redemptionem generis humani. audiendus pro omnibus omnium antiquissimus Tertul. lib. de carne Xpti: quae in haec stulta sunt? conversio hominis ad cultum Dei, reiectio erroris disciplina iustitiae pudicitiae, patientiae, misericordiae, innocentiae. omnia haec quidem stulta non sunt; non erit etiam stultum credere in Deum natum et quidem ex virgine, et quidem carneum, et per illos non stumeltis volutatus sit: ex his stat spiritum loqui sanctos Patres ubi exagerant incarnat. convenientiam loqui de convenientia medii ad finem; non de convenientia amori. Notandum etiam quod fatetur S. Aug. lib. 5. confe. cap. 11 natum sibi indignationem de apprehensionem in asumptione carnis (cum versaretur in heresi Manicheorum) ex ruditate quadam, qua existimabat Deum infectum, aut maculatum iri per incarnationem.

§ Nec fuerunt alii qui praeter heresim iudicaverint indignum Deo incarnationem, et immane, credibile que reputarunt quod Deus morti filium suum obtulisset, et quasi addixisset omnibus quod valde absonum videtur innocentem, et nullius culpae reum tot crudelitatibus, et ignominiis obiecere. Plurimus profundere verbis

omni genere suao, et rebus creatis omnibus anteferendis in consideratione stultitiae argui posse videtur. Propter illud crudelitatis argumentum. Sanctus Anselmus indicavit Christo Domino non potuisse imponi praeceptum mortis, quoniam id fuisset plane innocentem morti tradere.

Sed respondetur ad haec facile, in morte Christi Domini nullam intercesisse coactionem, ut suo exponemus loco; et fuisse spontaneam sui oblationem ad mortem, ad quam paterna obedientia obligabatur. haec autem duo non difficile veritate possumus ex media, et sola theologia. Ut autem revocaremur homines ad innocentiam, ad tolerantiam adversorum, et misericordiam aliis exibendam, congruentissimum fuit remedium mors Christi, et vel ex hoc capite ipsi Christo Domino gloriosa, et prae ipsius vita pretiosior; quoniam in maiorem Dei gloriam vertebat eius vita, quo cum morte commutata uberiores hinc fructus referebat; quos faciunt innumerae historiae Sanctorum Patrum quae passim eloquentissime de morte Christi recitata sunt, et ipsa illorum copia ab aliquibus singillatim referendis nos abstinere faciunt: non ergo fuit temeritas, aut inconsideratio pretiosissimam vitam morte pretiosissima cumulare.

Quoad secundum assumptum ex Christo Domino docere videtur Sanctus Thomas art. relato, non fuisse convenientem naturae absolute loquendo unionem cum personalitate Verbi: ratio est, quoniam haec unio est supernaturalis: ergo non fuit conveniens naturae, alioquin esset naturalis. Sed haec doctrina Sancti Thomae procedat in prima acceptione vocis conveniens superius notata, quatenus denotat convenientiam positivam per propensionem, et inclinationem naturalem, procul dubio vera est. Si vero de convenientia negativa loquamur, nemini dubium esse potest quin Incarnatio fuerit conveniens, idest nullum incommodum afferens naturae humanae. Rursus, si loquamur de convenientia morali, qua res dicitur conveniens, et commoda, quatenus ad maiorem perfectionem subiecti proficit, dubio procul est unionem hypostaticam fuisse mire convenientem naturae humanae.

At si contra dicta obiicias, non hanc esse videntem in Christo Domino, quoniam deficit illi persona sua, et connaturalis subsistentia, ad haec iam

sup.a respons. ō, nullū pati violentiā n̄ā suā in Xpto Dño; quia vnio hyp-
ostat.a n̄ tendit ad destructiōē. Atq. in aliis n̄a tua; quae sibi per se postu-
lat modo subito potentiā perfectā, et effectū formalē succisiū; vnde si prae-
occupet.a à subsistā Verbi nobiliori modo praestante eundē effectum
formalē nulla infert vis, aut violentia n̄ae; quod explicat hoc facile
exemplo ignis q., licet ex se educat hunc calorē sublunarē. nisi-
loq., si praeveniat alia qualitate eundē effectū multo nobilius praestan-
te, et excludente calorē, non patietur ignis vim. &c.

De conuenientia myst.ij Incar. ad vniuersi generis
humani ultimo loco dicere possumus, et vniuersim dicimus dari mo-
rales, et proportionales summas conuenientias respectu huius extremi, vt la-
te constabit ex sequentibus disp. de satisfact.e debita pro peccatis: multa
in eandem rem dissertissime explata adducere possemus in praesenti praecipue
ex S.to Leone sermonibus de Natiuit. ex S.to August.o lib. de Ago-
ne Xptiano cap. 11. et lib. 13. de Trin. cap. 1. ac praecipue Joan.
Evang.a 3. 16. sic Deus dilexit &c. ad Rom. 5. 10. cum adhuc inimi-
ci essemus, pro nobis omnibus Mortuus est.

Disp.o 2. An Incarn.o necessaria fuerit ad satisfaciendum Deo de rigore iustitiae pro peccatis hominum.

Cum vero [illegible] celeberrimus totius theologiae isto tempore habeat,
et multiplicem [illegible] contineat disp. [illegible] quam praeter [illegible]
visum nobis fuit eam tres partes illam diuidere: in 1.a vniuersim
de [illegible] an inter Deum, et creaturas possit intercedere [illegible]
[illegible], quomodo [illegible] plures satisfaciones Xpti
Dni fuisse ad iustitiam rigorosam, quia inter Deum, suasque creatu-
ras iustitia rigorosa intercedere nequit. 2.a pars disputa-
bit an quodcumque peccatum habeat strictam, et rigorosam
iniuriam aduersus Deum; nam ex hoc [illegible] quia peccatum
nulla iniuria [illegible] [illegible] [illegible] Dei maiestatem, existim-

ex parte contra debitam satisfactionem Christi Domini a rigore iustitiae. 3º denique dicerem, an satisfactio Christi Domini pro peccatis observaverit rigide omnes conditiones iustitiae; stat enim optime peccatum habuisse propriam iniuriam adversus Deum, et condignam satisfactionem pro ipso non fuisse ad iustitiam, et aequalitatem exactam, sed de benignitate, et donatione habuisse aliquid admixtum.

Pars prima

An inter Deum et homines possit reperiri vera et stricta iustitia.

Caput primum

Nulla supponuntur ad expositionem iustitiae, dominii, et rerum.

§ Varias acceptiones iustitiae ex Aristotele, Divo Thoma et aliis eruditae proponit P. Molina tom. 1º de iustitia disp. 1. ex quo Lessius, Cardinalis Lugo et quicumque postea de iustitia commentarios edidere in sua derivarunt. Omnibus omissis sensu modo in plenum supponitur ius et iustitia denotare aequalitatem inter personas unde omnis iustitiae actus ad praedictam aequalitatem dirigit, et aequari debet, sicut omnis iniuria inaequationem, et inaequalitatem intendit. Hinc fit quod iustitia universim sit actus virtutis inclinans ad reddendum, et servandum cuilibet aequale atque illi debetur, sive ut illam definivit Iustinianus constans voluntas ius suum cuique tribuendi. Iustitia tribuens suum cuilibet supponit aliquam personam ad rem, ex quo titulo provenit suitas; est enim ius, ut alibi diximus obligatio moralis erga personam, rei cuius prima habet proprietatem, et potest obtinere sine praeiudicio alterius vel iniuriam omnibus eius rei accommodatur.

§ Hoc pacto explicata iustitia non omittitur circulus, quem alii definientes eandem iustitiam per usum rei sine

iniuria alterius, admittere videntur, quae et iniustitia est sine iustitia, et iuris ratio, quae involvit, explicari non potest, quare ... in definitione praedicta exponitur iustitia per negationem iniustitiae, qui est circulus vitiosus, explicans idem per definiti vocabulum. ius igitur unde nascitur iustitia in omnium exponi debet, ut vitetur circulus vitiosus in definitione iustitiae, et propterea dicendum est non esse aliud ius, quam proprietatem, et adaequationem moralem rei ad personam, ratione cuius adiecte iure utitur re sua, et quilibet alius nisi cum iniuria uti nequit; totaque iustitia reducitur ad usum proportionatum, et adaequatum dictae proprietati; verbi gratia aptus est cibus homini alendo, et si ego utar cibo alienis pecco contra iustitiam; quia ille usus non adequatur, et conformatur proprietati quam res habet quoad personam; sive dicta adiudicatio ad personam nascatur ex pacto, testamento, sive ex mere civili, et politica; si vero immoderate vel prodige utar cibo proprio pecco contra temperantiam, aliasve virtutes, et non est, usus etiam vitiosus et discrepat a proprietate et adiudicatione morali rei ad personam.

§ Explicato iure praeterea unde nascitur iustitia, sugerit dominium etiam explicemus, saltem universim, et generaliter: intellecto iure aut titulo appropriationis, aliusve ad rem tendendam, et obtinendam; alius appropriationis tutelus in re quasi habita, et proxime appropriata, dicitur quae communiter ius in re: hoc ius in re est dominium; ratione cuius res dicitur appropriata proxime, ut sine noxa expeditus usus illius pateat: huius dominii varia principia assignant iuris consulti verbi gratia hereditatem, contractum, aut quando quis in vaqua ingressus est. an in extrema egestate positus habeat ius ad aliena bona, ita quod ex illis, invito etiam domino, ali

alimenta sumere possit? quod est contra DD. qui recommendant: quo casu sentent egentem habere vim iuris, et dominium in bona, quae alioquin erant aliena: alii vero sentiunt egentem tunc non habere ius vel dominium acquirere, si voluisse Deum supremum rerum omnium Dominum illum destituisset, alimentis proinde in illo extra ordinario casu posse uti re aliena; teneri tamen ad restitutionem ubi factus fuerit compos melioris fortunae: videndi DD. ad 2. 2ae. an dominium faciant hoc in suo vitam, et quomodo eam exponere possint alius a nobis disputatum est.

§ Notandum post dominium, et per ius in re, et traditione acquisitum, distinctam esse potestatem utendi re dicta re acquisita; aliam physicam et expressam, aliam moralem: potestas moralis utendi est illa, qua licite, et sine nota re frui possumus, in quo est in proloquio, id solum possumus, quod licite et iure possumus: potestas physica potentia ad utendum re, sive iure, sive iniuria; unde quodlibet habet potestatem physicam latro ad utendum re furtiva, atque dominus, et iustus possessor ad utendum re sua. Potestas moralis dividitur a P. Thyr. (apud alios) hanc divisionem non vidi) disp. 12. sect. 4. subsect. 1. in materia de incarnatione, in potestatem absolutam, et conditionatam, absoluta potestas moralis utendi re datur, quando iungitur potestas moralis cum potentia physica; v.g. habeo equum praesentem et uti illo absolute possum sine iniuria alterius; eveniunter habeo potestatem moralem absolutam ad utendum. Conditionata dicitur moralis potestas, quando abest physica utendi, et usus liber, expeditus que non est: v.g. habet Petrus equum meum commodatum, proinde non est praesens, et physice illo uti non possum, si tamen illo uterer nulli facerem iniuriam.

§ Expungit ex hac divisione potestatis moralis absolutae, et conditionatae modo praedicto explicatae subtilis

101

quoq; quamuis illam restituat habet dominium. Atque disp. 2. Alter. relatam sub n. 4. ubi demum resolvit dominium esse potestatem absolutam utendi re, non vero conditionatam: id est, quamdam obligationem quae nascitur ex dominio, proprietatis, quemadmodum vis atque obligatio subditi ad obediendum superiori; sed haec dicta est obligatio absoluta, et independens ab ulla conditione; ergo similiter dominium. unde quamvis actu obedire dependeat a multis; at obligatio obediendi a nullo dependet.

§ Haec controversia, nisi ego fallor, tota vocalis, et de nomine est; ego negarem per Petrum esse dominum sui equi locati et absentis; cum ideo locatur equus, a Petro habite, quia illius dominium habet: alienum quae equum vendere, et donare potest. adde, quod si latro, qui equum alienum furatur per furtum illum abstraheret a dominio illius cuius erat, non teneretur ad restitutionem latro, neque clamaret pro domino, ut aiunt canonistae; si qui retineret potestatem conditionatam utendi, unde habet dominium non vero ita expeditum, et proximum ad usum atque si rem physice possideret actu. Universim igitur non est aliud dominium quam ius in re traditionem ipsius rei, et retentione physica; sed potestas illa conditionata est simile ius in re, licet non adeo expeditum ad usum; ergo unde est dominium.

§ Secundo suadet id ipsum eo argumento quod sibi obiicit Alter. n. 22. et in illo varias implicationes ostendere conatur; sed mihi adhuc nullam ostendit. Si Deus denegaret Petro concursum ad alium usum sui equi praeterquam ad dominationem, venditionemque

nihi

nihilominus Petrus manserat integre sui equi dominus, licet expedite ad alios usus non habeat, propter dictos: quia dominium non petit absolutam potestatem utendi. similiter Deus ex mera sua liberalitate promiserit gloriam propter merita, illam meritis exigere non potest; nihilominus est perfecte dominus suae gloriae, licet uti perfecte non possit illa in alios usus contra promissionem. et ista res, mea videri adeo plana est, ut omni difficultate careat. exemplum subditi alterius, militat potius contra asserentem; quia excusatur subditus ab obediendi, quando perfecte exequi non potest ...; et tamen non desinit esse subditus; sicut neque desinit esse dominus, qui perfecte uti non potest.

Hanc doctrinam facilem, et receptam ab omnibus aversatur videtur P. Thur; quia per illam viam omnino aperiri sibi videbat ad asserendum dominium creaturae in obiecta creata simul cum dominio dei adaequato in eadem obiecta creata; ille autem omni vi defendere contendit Petrum posse simul esse dominum sui equi, et hoc non obstante deum in eum equum habere adaequatum dominium ibi ... Pro quo supponit Petrum donantem Paulo equum in eo instanti donationis simul cum Paulo esse dominum equi; nam in instanti, in quo donatur Paulo manifestum videtur Paulum esse dominum illius; insuper Petrus etiam in instanti, in quo donat, dominus est, alioqui donare non posset; ergo uterque in eodem instanti habet equi dominium in solidum. ex hac doctrina infert num. 97. quod in eodem instanti potest aliquis habere dominium, et ipsum illud dominium destruere: quod ... quia in instanti potest aliquis cedere iuri suo; et haec cessio est actus dominii, et simul destructio illius; ergo etc. Patet

Praemissa hac universali doctrina, subinde in subsectione 4 infert idem auctor posse Deum habere plenum, et perfectum dominium creaturae; simul concedere eiusdem dominium plenum, et perfectum alteri creaturae; quod ex dictis facile; quoniam quod reperitur inter creaturas

pro uno instanti nempe effectum dominij inter donantem, et donatarium, id pro tempore toto tractu inter Deum, et creaturas reperiri potest; quia cum voluntas Dei permaneret in tota æternitate, neque sit transiens, quomodo se habet voluntas creaturæ donantis; ex inde infertur, quod idem orit reperiatur in Deo pro tota æternitate donante, quod reperiatur in Petro pro instanti donationis, et voluntatis transeuntis

§ Male hæc, et totius doctrinæ molimen ruinoso nititur fundo, ut scilicet pro uno instanti dari dominium in solidum, quod falsum esse ij alios late diximus agens de emptione, et venditione; nunc aduertisse sufficerat sufficere ad impugnationem doctrinæ, quod sugerit ipse Author. nempe in instanti inquo destruitur vel abdicatur dominium non datur dominium, ut est euidens; sed in instanti donationis, cessionis, aut traditionis per contractum, et non est dominium; ergo in eo instanti non datur. tota æquiuocatio huius doctrinæ ex eo nata est, quod illius autores non distinxerint inter dominium rei, et potestatem abdicandi scilicet destruendi dominium; quæ potestas non est dominium rei, sed quasi reflexum dominij dominium; sed de his late loco relato.

§ Bene, sibi contrarius est P. Author; quia si Deus donat creaturæ rem, et non est alter illius dominus nisi quomodo Petrus est dominus rei suæ pro instanti; quo illam donat; sed hoc dominium est absolutum, quod ad summum condicionatum Dei fuit Deus non habet verum dominium creaturæ, quod est in opinione præfati autoris, quia dominium conditionatum non est proprie dominium, sed magis dominus est Petrus suæ pecuniæ, quam Deus ipsius pecuniæ in sua arca; quia Deus alter non potest illa pecunia, nisi quatenus illam donat Petro, sed ipse Petrus alter illa

uti

vt pot, vt manifestum est, sic magis dns est Petrus pecuniae quam Deus; quod videtur absurdum.

§ 4. sequitur, quod Deus ita non abdicet creaturarum dominium, quod iniuriam faciat repetendo res creatas; hoc quia non videatur esse absurdum. Pr. sequi: donans in instanti donat, et abdicat dominium iniuriam facit donatario, si pro consequenti velit rem, quam donat, in alios usus vertere; quod prius certum esse debet; quomodo ex illo infert mo[ra]lis teologia in instanti matrimonii contracti, sic alter coniugum veniat in copulam cum soluta committere adulterium, et ideo peccat duplex peccato adulterii in eo instanti matrimonii; quia in instanti donat sui corporis vtilitatem, quam donat in alios usus; sic si Deus pro instanti quo [pro]prio donat vteretur re donata in alios usus iniuriam faceret.

§ 5. absurdissimum videtur dictum, quod non abit Deus sit dns suarum creaturarum, quae quomodo Petrus dns est rei venditae, donatae, et distractae pro instanti donat; sed in hac sententia sequitur non abit Deum esse Dni rerum creaturum quas donat. Ergo eo. Ad negari non pot Deum hre aliquod ius et dominium, saltem conditionatum in eas res, quas creaturae possident iusto titulo; sed in sententia, quam impugnamus, neque hoc conditionatum dominium sui Deus in praedictas res creatas, quamquidem si illis vtatur aliter, eas quae repetat Deus faciet iniuriam creaturae, vt dictum est; ergo neque conditionatum dominium conceditur Deo.

§ Hinc vsque dicta sufficere videntur ad explicandum vtrorumque iustitiam, et dominium, illorum quae sunt se diffios: ex absequo quo dominii, quod solo ostenditur in donat, abdicat que dominii ad infe[r]endum sibi Deus, et creaturas hre verum dominium in

solidum. pro oibus disp. 6ex sequentibus praemittendum, unum enim hic Deum habere dominium transentale, et supremum in oes creaturarum res et actus ita quod nullo pacto possit illos absolute abs se alienare, et distrahere: et quamvis quandoque Deus promissione se obliget creaturis; at absolute, et simpliciter non abligat creaturarum dominium, ut etiam proprietatem, et rnexiorem moralem, roe cuius Deus creaturis suis sine alicuius praejudicio uti potest. Dominium Dei transentale explicari solet per eiusmodi dominium quod exercet religio in religiosos, aut Dns in mancipia. cum religiosi sint incapaces dominii, et si religionis superior aliquid illis utendum cedat; id tamen si postea auferat, peccavit quidem contra fidelitatem, alienare vero virtute superior, sed non peccavit contra iustitiam. Similiter si Deus non adimpleret promissa per impossibile: tunc defeceret in illo fidelitas, non a iustitia. cap. quo examinatur sententia negans iustitiam rigorosam inter Deum, et creaturas in rebus spiritalibus.

Cap. 2. Examinat sententia negans iustitiae rigorosam inter Deum, et creaturas in rebus spiritualibus.

§ Communa hodie est sententia, quae docet non dari iustitiam commutativam inter Deum, et creaturas, roe cuius Deus afficeret iniuria creaturas si illis praemia denegaret: hanc sententiam ex antiquioribus docuerunt Scotus in 4. dis. 47. Durand. Greg. Paludanus, et innumeri alii tum antiquiorum recentes relati a P. Ribad. tom. 2. de ente supernali disp. 89. sect. 1. praefatam sententiam ita illustravit sapientissimus P. Gabriel Borg. ut sibi soli eam vindicare

videat

videatur, Suppisime in suis operibus, et ex professo 1a 2ae disp. 89. et 86. et 3. p. te disp. 1. 2a et 3a qui magnum praeceptorem sequuntur P. Arrubal. P. Curtius Ovetianus P. Alarcon, et novissime quem hisce diebus in manus abrepturus fato dolimus, P. Franc. Ovied. 1a 2ae tract. 9. controv. 3. qui etiam affert pro eadem sententia Aletum lib. 2. de iustitia cap. 18. P. Coninck de fide disp. 8. dub. 3. P. Molina tom. 1. de iustitia disp. 7. et quam plures alios ex nostris.

§ In hac sententia defendenda, non uno ducuntur autores fundo; id est principias rationes, ob quas iustitiam inter Deum, et creaturas negant sensim recensere, et examinare necesse habuimus, praecertim illos, qui quaestionem de re existimant; ex quolibet sequentium capitum unam rationem producemus discurrendo, et ultimo tertium caput in unum coniungemus illos, qui ad quaestionem de nomine rem totam videntur revoluere; ita quae erit methodus procedendum in hac capitulo disputationis.

§ 1. Aliqui existimant inter Deum, et creaturas, maxime in rebus spiritualibus, cuius modi est distributio meritorum, satisfactio pro peccatis, et similia non posse dari strictam, veramque iustitiam, cuius materia sola sunt res corporeae. fundatur haec doctrina in Aristotele 5. Ethicor. cap. 2. ubi distinguit iustitiam quandam totalem, et universalem ab alia speciali, et singulari: illam generalem dicit obiectum omnium virtutum, quia iustitia in ea acceptione comprehendit virtutes omnes, verba Philosophi sunt: amplectitur omnia, in quibus studiosus versatur illa generalis; haec vero specialis, et stricta iustitia circa honorem versatur. seu pecunias. seu salutem, seu si quo uno nomine complecti omnia possumus, et circa voluptatem, quae nascitur a lucro. Unde iustitia secundum Philosophum habet pro obiecto sola bona corporis fortunae, et honoris; neque imici debet alia obiecta virtutum moralium, quae quae exiecta sunt a Philosophis; ergo spiritualia bona non sunt materia neque obiectum iustitiae.

Pr 2º quia Deus licet non possit in bonis corporis, honoris, et fortunae, negari spiritualia bona de iisdem quae sunt, quod iniuria Deo inferri non potest. Est assumptus est P. Varq. sapientiae disp. 85. nº 20. quia peccatum sit damnum spirituale peccatoris, nihilominus nec nocet, nec nocere potest Deo propter illud Iobi: si peccaveris quid ei nocebis, et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae quid facies? quo testimonio utitur S. Thom. 1a 2ae quaest. 114. art. 2. Suar. Marcon. et fere omnes scientiores: quod ex rebus spiritualibus nulla iniuria redundare potest in Deum. Mirum omnibus accidit quod non animadverterint hi auctores illud testimonium non esse eius auctoritatis ut possit in sancto Iobi, sed Chini disputantis cum Iobo, cuius doctrina omnino per omnia sana satis (P. Oviedo trac. 9. ctro. 8. nº 12. hoc advertit; cum alii passim DD. testimonium scholasticorum disputantium cum Iobo, tanquam certae auctoritatis doctrina in medium afferunt: quod delectu, et maiori exactione indigebat.

Ad rem magis ponderis habet illud Xpti Domini Luc 17. nº 10. cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis dicite quia servi inutiles sumus quod debuimus facere fecimus, ubi servi inutiles dici notant SS. PP. quia Deus nostris bonis minime indiget, videndus est Aug. lib. 6. de Trin. cap. 8. et Nyssenus tit. 2. in Psalmos, et innumeri alii adducti a P. Montoia disp. 58. de volunt. sect. 9. Pr. ratio: nam iustitia est superabundantia utilis, et nociui, ut agnoscit Phil. 5. Ethicor. cap. 1. 6. haec superabundantia reperiri nequit in rebus spiritualibus: ergo neque iustitia.

Sed antequam sit de aliis titulis ex quibus negari solet inter Deum, et creaturas iustitia, haec argumenta inefficatia sunt ad finem intentum, quod demonstro 1º dissolvendo haec, quae adducta sunt fundamenta; et postea in toto doctrinae argumenta non inefficacia interim

intrauendo. Ut primus aggrediar id, qd. ex Arist. adducit pares probat, et bene perspectus potius sa. ipsos adducentes quis illis est: Phus apte loquutus videt de ijs solis bonis, quis ipse agnovit, et quis in suis illis contractibus versant, ut sit patet ex lib. 5. Ethicor. cap. 5. n tn. potr. exclusit ab obto iustitiae alia bona, quis in contractibus coiter n versant; attn sunt talia quae rega ad mq. iustis. Impossibile e. qd Phus negaverit fieri iniuriae illi hoi, quis intelu, et usu rois privatus; et. id, quo privatus sit spiritale: go. spiritalia, et. in contractibus coiter n versent a iustitiae obto non sr. excludenda.

Si dicas bonum rois, et intlus annumerari a Phso. inter bona utilia ad corpus, ad honorem, et decus illius. Ra est qa. responsio aperte militat 9a. eos, qui oppugnat, quia bona spiritualia, ut gratia iustificans, charitas &c. numerari etiam debent inter utilia, quo ad decus, et honorem substantialiter hois pertinent; qmqus in maxi pretio constituunt supp. apud deum cognoscentem illas dotes, et quemcumq. alium cognit. supernatu preditum: go. Authoritas Phi. potius probat pertinere bona spiritalia ad mq. iustitiae, siquidem utilia sr. ad maius existimatis subri penes cognoscentem illa: quidquid vero addit maius pretium subro, procul dubio est utile ad existimats. et honorabilitats in actu 1o. sic se hent bona spiritualia: go. &c.

Fateor insuper deum ledi non posse in bonis suis intrinsecis a crea, et hoc docent tmmodo relatae authoritates; s. hoc non obstante. p. dari iustitia stricta inter deum et hoes, ut dicemus cap. segti. et ledi pot. ius d. Morale. Ibidem exponemus illud Arist: nempe ad mq. iustitiae requiri superabundantiam utilis, et nociui, at demus soles utile, et nocivum ee mq. iustitiae, potius suadebit in spiritalibus mq. iustitiae reperiri, qa in spiritalibus reperit utile, et nocivum, ut constat;

quis non ambigit noxium esse homini carere bonis spiritalibus? Unde manifestum fit in praesenti a nobis non extendi, aut ampliari rationem formalem iustitiae, sed solum rationem materialem illius; sicut in vera definitione terrae, quam tradidit Aristoteles, includimus eam etiam, quae est in America, quamvis Americam numquam cognoverit Aristoteles, nec propterea extendimus definitionem formalem terrae.

Solutis iis, quae adducebant contra relata sententia: do illius impugnationes. Notandum est res spiritales, et quae sunt quasi internae per se, et immediate non posse esse materiam contractus, et externae societatis hominum, sed iustitia communis, et quae versatur in societate et communicatione hominum inter se; quia est virtus respectiva duorum; ergo res spirituales non sunt immediate, et per se materia iustitiae, quae nascitur ex contractu, et societate hominum: at in creaturis spiritalibus, ut in Angelorum commixtio, et in societate unius Angeli cum anima, vel cum Deo non repugnat, quod spiritalia sint materia iustitiae, quae nascitur ex contractu. Rursus in hominibus res spiritales, et actus interni possunt indirecte pertinere ad actus externos, ut de se manifestum est, sed eo ipso, quod indirecte concurrant simul cum actibus externis materia sunt materia iustitiae. Hoc assumptum facile probatur, quia quidquid impedit utile, aut ius alienum, impedit iustitiam; sed actus interni impediunt ius, et utile alienum; ergo et iustitiam. Quare non solum debetur ex iustitia honor, aut commodum exterius, sed etiam actus interior illa imperans: ergo actus interni, qui regunt et dirigunt res, et actiones materiales sunt materia iustitiae. Adde praeterea quod, ut supra diximus, immediate potest quis laedi in bonis animae, verbi gratia dum laeditur in rationis usu, et libertate, et sic maxime afficit iniuria hominem, quam si in rebus corporalibus damno afficeret. Ex his notatis resultat potissima, et praecipua impugnatio doctrinae relatae. Res

spiritualis indirecte, et quatenus ab illis dependent actiones et bona temporalia, sus etiam directe, et immediate sr. ratione justitiae, quatenus aliquis pot. velle tollere ab homine principia, quae praefluunt, et dirigunt actiones externas: ergo bona spiritalia n. sr. excludenda a ratione iustitiae. Resp. meo videri negari n. pot. quia si bona corporis nobis educibilia sr. ratione iustitiae n. potest n. esse gratuitum solus negare quod bona etiam animae, quae sr. magis educibilia sint ratione iust. Hoc argumento libentius utor, quam illo, quo usus est P. Oviedo titulo 9. Sectione 2. d. 20. 17. nempe Angelus in pura natura pot. denigrare, et detrahere famam alteri Angelo: quoniam scio P. Ga... pere similis detractio in Angelis n. adversari iustitiae, sed observantiae unius erga alterum, et sic quaestionem ad gloriam revocat.

Argumento a nobis exposito nobis forsitan bona spiritalia, et nalia esse materiam iust. si vero bona supernalia. — Sed datur sane responsio. est Parochus, qui in articulo Mortis nollet ministrare sacramenta parochiano suo periclitanti, et egenti sacramentis, peccaret contra iust. quoniam privaret parochianum commodo spiritali, et gratia supernali sacramenti ad cuius administrationem pro illo instanti habet ius; sed tunc materia iust. est quid spiritale supernale: ergo talia n. sr. exclusa ab obiecto iust. Datur et 2.o qui hominem aliàs securum existentem in gratia pelliceret ad peccandum Mortaliter, et in occasione pertraheret, existentemque in peccato Mortali scienter occideret, et damnaret perpetuo, iste talis peccaret contra iustitiam, et non solum ob eius iacturam corporalis vitae sed etiam spiritalis: ergo res spirituales supernales sr. materia iust.

Obijcies tn. Res spirituales, et super-
natales ni poss. ee ma contractus, neque illarum dominium, aut
ius pot. transferri: ergo. inter eos ius non continet. Pr.
sec cons: id qd nequit ee ma pacti, aut obligationis mutue
n pot. ee ma iustitie, quoniam obligatio iustitie ex nullo alio
capite oriri pot. et cu res spirituales, ut dictum est n sint
alienabiles; fit aperte ee incapaces mutue obligationis.
Hoc argm. totum fundatum est in ea, qua impugnamus, et expli
catum demonstrabit ni fallor illius imbecillitas. Admitto
ans, et nego cons. Ad cuius probationem dico falsum ee absolute
qd illa solum sit ma iustitie, que pot. sub ee pacto, aut mutue
obligationi; nam obligatio iustitie nascitur ex damno dato, sed
damnum inferri pot. sine contractu, et mutua obligatione pre-
sertim qdo est irreparabile: ergo. ma iustitie amplius pt. quam
illa pacti, aut mutue obligationis. Adde qd. res spirita-
lis ex na sui q alia spirituali commutari possit, quare non
repugnat, qd sit materia mutue obligationis.

In clausula capitis hoc notatum velim,
damnum, qd infert in ma incapaci contractus huiusmodi rr.
relatum in nris argumentis maiorem atque iniuriam, quo ma
est alienior a qualibet permutatione pacti, vell contractus. Probat
hoc. ideo ista nra sr. incapaces contractus, quia neque ipsa, ne-
que dominium illarum alteri tradi pot. quis. tn. transferre pot.
gratie dominium, actus virtutis, et similium? ita sr. ita nobis
propria, ut nulla traditione aut contractu in alium transferri pos-
sint; sed quando rebus similibus spoliamur maius nobis in-
fert damnum, et contra maior iniuria, qua si spoliaremur rebus

alijs, qua perire, et abire ab alijs pos. sine nobis: ergo. et opposita sent.a recte procederet inferendum ei erat e contra. res spirituales nequeunt esse materia contractus, ac proinde continere potiores, et magis precipuas iust. et iniustitiae materias.

Caput 5.

Examinatur sententia negans iustitiam inter Deum, et creaturas, quia Deo nulla utilitas, aut nocumentum ex creaturis est.

Satis ex dictis superiori cap.e constat ubicumque pot. alicui nocumentum, aut afferri commodum; ibi illis dari iust. et iniustitiae aptas materias, et exinde docuimus res spirituales immerito excludi ab obiecto iust., quoniam in illis maxima nobis paritur utilitas, et abunde incommodari potest. Deinceps inquirimus necesse est, an coarctet materia iust. adaequata ad bona duo numerata cap.a ita quod ubi intercedere non posset utilitas, vel incommodatio, neque iustitia intervenire queat? Ita coarctari mat. iust. asserit P. Vasquez. cap. relato anti ductus textu. Arist. lib. 5. Ethicor. cap. 1. nec non definit.e iust. quam tradit St. August. lib. 83. quaest. q.e 3. iustitia est habitus animi communi utilitate conservata, suam unicuique tribuens dignitatem: ergo sine utilit.e aut damno dari nequit iust.a Sequuntur Pat. Vasquez, Ruiz, Turrianus, Lugo, Aurt. Alarcon, et alij relati a P.e Oviedo ubi cap. anti p.o 3.

Sed Alii relati DD. cum ex hac doctrina concludant aperte inter Deum, et creaturas non intercedere iustitiam; quandoquidem, ut vidimus cap. ant. Deus nullum damnum pati, nullamque utilitatem solam, et veram capere posit ex creaturis; quod ut praefatam doctrinam, et coartationem obiecti iustitiae comprobare nituntur; praesertim P. Obied. qui in hunc modum arguitur. nemo Philosophorum, aut antiquorum theologorum aliter unquam intellexit munus iustitiae, nisi per reparationem damni, aut emolumentum sequutum ex re ad aliquam partium, ut late id probavit P. Vasq. disp. 89. 1a 2ae ex stat ex Philos. 5. eticorum cap. 4. ubi munus iustitiae dicit esse emendationem commercii, et commutationis; quae praedicta emendatio supponit defectum utilis, et reparationem damni in altero extremorum: ergo qui sine horum altero constituit munus iustitiae, aberrat a communi definitione antiquorum.

Secundo munus iustitiae est resarcire inaequalitatem in extremis contrahentibus; hoc est uni restituere, quod imminutum fuerat, et alteri detrahere augmentum, quod increvit: sed ubi excluditur omnia utilis, et noxia reperiri nequit haec inaequalitas; igitur neque iustitia. 3. ideo iustitia debet intercedere inter duos rationis capaces; quoniam utrumque interest intelligere, atque cognoscere, quod facit alius in utilitatem, seu detrimentum eius; ergo ubi alicuius nihil interesse potest, quantum ad commodum, seu incommodum, neque iustitia dari potest, sicuti ipsam caeca merito procedere potest. 4. quia quoties in Deo aliquis effectus finalis constituitur, utique constitui debet secundum communem rationem finalem, qua definitur a Philosophis; et si Deus incapax sit eius rationis finalis, et effectus finalis incapax constitui debet, unde manet exclusa evasio aliorum, qui utile, et noxium ipsi in iustitia creata omnia reperiri; non vero in increata iustitia docent. et consequenter ostenditur gratis facta divisio iustitiae in creatam, et non creatam.

§ Attentis tamen non obstantibus non ita rigide in praefatis suis praeceptis sententiam incumbunt P. Curiel, Alarcon et Obied. ut illi non credunt posse reperiri inter Deum, et creaturas iustitiam quoad affectum, et voluntatem: nam si hoc aliquis ignorans existimaret Deum posse laedi, et damnum pati ex transgressione sui praecepti; atque ex isto affectu praetergrederetur praeceptum; talis hoc quantum ad affectum, et voluntatem Deum afficeret damno, ergo non repugnat iustitia quoad affectum inter Deum et creaturam: antecedens probatur quoniam illius hominis affectus est contra iustitiam, non quidem possibilem effectu, sed tantummodo existimatam. Similiter si cupiat aliquis Deum interficere, aut destruere, iam non peccavit contra iustitiam in affectu.

§ P. Sanq.(?) 1a 2ae disp. 8/5. n. 30. infitiatur praecitatos actus esse contra iustitiam; sed contra religionem: ideo est: qui cogitat interficere Patrem peccat contra pietatem ex circunstantia personae, ergo similiter, qui cogitaret Deum interficere peccaret contra religionem ex simili circunstantia personae. Verum haec doctrina falso nititur principio uti quod circunstantia religionis, vel pietatis faciat quoniam praedicta peccata sint ex alio capite contra iustitiam, ut optime notat Obied. citatus n. 33, et nos alias docuimus. Rursus actus iustitiae et iniustitiae ferri potest circa obiectum impossibile cognitum, ut possibile; at quando actus habetur conditionate circa obiectum impossibile cognitum ut tale vel non conditione impossibili ut tali non crediderim esse actum iustitiae proprie loquendo. qua ratione existimo non posse habere Angelum actum caritatis, aut temperantiae, licet Angelus sub conditione impossibili aliquos inefficaces affectus circa praedictas virtutes habere queat; quod maxime notandum fuit contra Scotum in 3. dist. 33. admittentem in Deo actus temperantiae, ex eo quod sub conditione impossibili aliquos affectus praefatae virtutis habere posset: similiter caute notatio contra Obied. citatum n. 3. qui similiter ratione castitatis angelis tribuit.

§ Ovando(?) sententia, nempe posse dari in Deo quoad creaturas
33 et proprie iustitiam, quoniam Deus ex creaturis nullum commodum,

aut incommodum participare posit defendunt cum non sit Deus, qui sicut Deus, et creaturas concedunt ad iustitiam; et proinde P. Suar. opus. de iustitia Sect. 3. n. 14, quem sequuntur Rebellus, Bagusa, Lorcus, et innumeri Recentiores. Horum fundamentum, et tota ratio defendendi (supponunt non iustitiam dicere non versari circa magis damni, aut incommodi bene tamen quamlibet creaturam) eam sententiam nos amplectimur, et universim affirmamus cum omnibus, tum in creatis per accidens se habere ad magis circa commodum, vel incommodum. Circa sic probare intendimus.

§ 1. ideo commodum, aut incommodum quod infertur pertinet ad iustitiam, quia oritur ex proprietate, et sublatione rei, quae aufertur, restituitur quae (propietas quippe hac seclusa inintelligibile est quomodo detur materia iustitiae) sed proprietas rei ex qua oritur utilitas, vel damnum auferri potest, et denegari, quin inferat commodum, vel incommodum, sine commodo, vel incommodo intelligi potest materia iustitiae. Maior huius discursus negari non potest ex definitione communi iustitiae, ut voluntas tribuendi cuilibet quod suum est. Minor etiam ex eadem definitione constat, quia quoties alicui aufertur quod suum est, laeditur illius ius, quantumvis habens ius sit incapax cuiuslibet damni; et quia quod ex eo sequi solet damnum, quod ius laesum sit; sed non propterea laeditur ius, quia subsequitur damnum; unde ius laesum supponitur ad rationem damni, et sine illa intelligi potest, ergo et materia iustitiae. Obiter notandum aliud esse laedi ius, quod aliquis habet in re, et hoc semper laeditur ablatione rei; et aliud longe, quod Domini, cuius ius laeditur patiatur ipse ablatione detrimentum. Illud est obiectum iustitiae; istud obiectum per accidens.

§ Pro 2°. maioris iniustitia nascitur ex damno dato vel utili sublato (hic duo per inde se habent) assumptum probatur ex

ex re aliena accepta, et usurpata nascitur obligatio iustitiae, ve certum est in ista resultat, et ideo nascitur obligatio praedicta; quia in re aliena usurpata datur laesio iuris, quod alter habet, ratione cuius res aliena clamat pro domino; idque secluso damno, aut privatione utilitatis in eo; ergo his seclusis infertur obligatio iustitiae. quis .n. dixerit iniuriam facere illum alteri, cui res sua non largitur, licet ex ea nihil utilitatis, delectationis, aut commodi capiat in memo affecto: igitur iuste illam sibi retinebit. 200

§ Dico ideo nasci ex re aliena laesionem iuris alieni, quia quando retinetur deficit domino illius utilitas; et si nulla illi deficiat utilitas retineri potest ab eo, qui possidet. Contra est 1° quia in satis probabili sententia, quam ipse existimo, ~~depositarius~~ potest esse conuictus iuste in usu pecuniae depositae, et si nulla utilitas ad depositarium restituentem resultet: ergo independenter ab utilitate physica potest dominus rei esse iuste conuictus. Contra 2°, anequam intelligam damnum, vel utilitas defectum, iam intelligitur orta obligatio iustitiae, et subinde si rationabiliter conuictus sit dominus, quia ad suum pertinere honorem iudicet seruari eius proprietatis dominium, resultabit, nemine dubitante, obligatio iustitiae, quamuis nihil deuolui, aut nocio apprehendamus: ergo Deus quia existimat ad suum honorem extrinsecum pertinere, quod illius seruetur ius, potest exigere ob eam quia creatione iustitiae titulo, et si alius damni sit incapax. + restituens depositum potest

§ Probatur 3. eadem resolutio, sed quae applicat ad producta in rationibus antibus. conseruatio iuris illaesi independenter ab aliqua utilitate pertinet ad aliquod virtutis genus; sicut ad vitii genus spectat laesio iuris alieni; sed non ad aliam virtutem nisi ad iustitiam; ergo in ea conseruatio iuris independenter ab utili datur iustitia, sicut iniustitiae vitium in opposito. ex philo maius, nam de minori patet, quia non potest esse his. conseruare ius suum potest esse honestum, licet non sit utile, seu delectabile; unde qui sic conseruat honeste, et iuste operat

102

et ex inde nullu ad illum redundet utilitas; cum quan-
que ipsi servatio iuris ita anexa e honestas, ut nullo
pacto posit quandoque aliquis remitere, s. cedere de iu-
re suo: exemplum sit in fide coniugii: quae est illesa ser-
uanda, licet n. alter coniugum posit turpe lucrum cedere
iuri suo non potest deficere adulterium, et iniustitia; quia ita
aliquando honestum est ius suum servare, ut admitti nequeat eius
cessio propter lucrum quodcumque.

§ Ad 4. ideo Deo per creatu-
ras damnum inferri non potest, quia e supremus rerum Dominus, et
perfectissimum in creaturas exercet dominium, cum quarum existentia
et non existentia minime dependet (qui n. ab alio dependet
non e perfecte dominus sui); si haec non existit multo perfectius
inter Deum, et creaturas quam iustitia, quae inter ipsas crea-
turas; quia tantum abest ut inter haec extrema deficiat
iustitiae obiectum, quod multo perfectius inter illa reperit.
Probatur: eo e perfectior iustitia, quo magis extranea, et se-
gregata e ab obiectis aliarum virtutum, et perfecte intra
suos limites contenta; sed obiectum iustitiae inter Deum, et crea-
turas magis depuratum e ab aliis virtutibus, et perfectius,
quando nulla ab utilis, aut noxivi intelligitur in hac
quippe proportione sola datur locus iustitiae servationi quia iuris, quin
atendatur ad obiectum caritatis, misericordiae, alteriusve virtutis. Denique
quia Deus habet perfectissimum dominium, et potiori iure repetit actus
creaturarum, est quae independenter ab illis; quia ab iniustitia illi dene-
gatum, quod petit. § Ad argumenta proposita pro tempore opposita
facile respondere potemus quia dicta in fine circa argumenta a nobis
proposita, cum quibus cum Patre Valencia ad quaestionem 22. 2a parte,
cum P. Illig. 1a parte disp. 31. de iustitia sect. 5. ulti, quod licet
Deus imperfectionibus omnis cum creaturis laedi nequeat; iniustam

eius

ny honoris extrinsici, qui de iure illi a creaturis debetur; unde divus Paulus 2a ad Timotheum 2. si quis se emundaverit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, et utile Domino; unde in hoc datur sufficiens iustitiae materia, quando quidem privatur Deus eo gaudio, et delectatione, quam ex bonis operibus percipit.

§ 3 hac omissa solutione et insistendo principiis a nobis iactis respondetur ad 1um negando antecedens; nam aliud est intelligere iustitiam in esse, et aliud in esse iustitiam in esse est servatio sui iuris, cuilibet per specialem habitum, quam in ea omnes haec servatio: species vero iustitiae communis est illa, in qua ad servationem iuris subsequitur utilitas, et damnum ad laesionem: quod vero quantum lucrum, aut damnum sumatur in actu, consequenter servatio, et laesio iuris ex eo tendat vel si subiectum sit capax damnificationis, aut nova utilitas illa patiatur: sic habebit libenter materiam iustitiae afferre passionem damni, aut reparationem utilis, et similiter afferre emendationem commertii; quod argumentum intendit: si nunquam habebit actualem passionem damni, aut utilis esse quoque iustitia in esse, quod commertium sit necessario emendandum actu per iustitiam, videtur absurdum, quod homines confirmati in gratia possunt exercere commertia, et actus iustitiae in contractibus; cum tamen nihil haberent emendatione dignum etc.

§ Ad 2um respondetur munus iustitiae esse integrum ius suum cuique servare, sive damnificentur actu, aut incidentem reportent; sive utrique sint incapaces; hanc vero aequalitatem secundum eius intendit iustitia, et reliqua per accidens fiet, ut ex argumentis allatis colligitur: aliquando iustitia affert passionem, et reparationem damni; aliquando etiam mutuam obligationem circumfert sine pendere reparatione damni, aut mutua obligatio est necessaria ad actus iustitiae velut quod in donatario, in quo nulla est reparatio damni, vel

obligat. necessitudo, et non est iustitia. pariformiter licet conferm. iustitiae occurrat pro damno s. utilitas reparat, neutrum tamen ex respectu iustitiae acquiritur.

§ Ad 3. resp. neg. ideo intercedere debere iustitiam cum creaturis rationalibus, quia huiuslibet interesse debet; ideo a. intercedit, quia dominium liber consensus s. dissensus liber apponi debet; unde si laedatur res mea, me volente, et consentiente, nulla mihi infertur iniuria; proinde ut inferatur iniuria s. non debet consensus sive dissensus meus, et erant debeo esse liber rationalis quia eadem quod ipsum ius, et dominium haberi non potest sine rationis capacitate; cur ad iustitiam necesse est, non vertatur cum creaturis rationalibus; vulgo in hominibus quando sine damno aliunde s. periculo potest res exercere, dicitur non esse sensibiliter iniurius; proinde ad subveniendum proximo tenetur quis, ubi sine suo potest incommodo; et quia haec etiam patitur homines, ut dici solet in materia de iustitia: nihilominus, licet sic comparari soleant communiter volunt. suum; ubi et quando debitum est incorporale damnum, vel utilitas; quae in ipsum redundet, non ex damno. s. utilitate debet metiri, et comparari consensus ipsius; sed ex aliis principiis, quae debet ius suum permisisse solum.

§ Ad 4. fateor nunquam mihi placere potuisse illam divisionem iustitiae, qua ab aliquibus distribui solet in creatam, et in increatam, quasi increata iustitia, diversum sibi vendicet obiectum: non ut bene concludit altera pars sapientiae, s. non iustitia increata conveniat definitio per creata ostensa, quae definiri solet iustitia, s. quae convenit. si si non erit duplex ratio iustitiae formalis; sed tamen unica, et in Deo, et in creaturis.

si 2a. illa Dei iustitia proprie iustitia non est, quoniam illi non conveniunt propriae constitutiva, per quae definiri solet. (Propterea dicta divisione omittimus eandem, quam admittimus sine discrimine, in Deo, et creaturis.

§ In fine cap. notandum pro hac nostra explicatione iustitiae non involventis damnum, aut utilitatem referri posse universam illorum, qui docent Deum titulo dominii supremi, quod in omnes creaturas obtinet posse iure suo illorum opera, et obsequia sibi exigere, et vindicare, neque posse illi denegari sine iniuria contra proprietatem Dei: Sed cum hoc bene stat, quod Deus absolute non possit laedi, aut utilitatem capere ex creaturis: quia potest Deus cognosci omnino iniustus, et quidem probabiliter in denegatione obsequii, ex quo nullum redundat in illum damnum, et convenienter videtur iustitiae erit reddere illi, quod suum est iure proprietatis, licet ab initio incapax sit alicuius utilitatis, praesertim quando nulla utilitas creaturae sequitur ex denegato obsequio. cap. 4. examinatur tertia negans iustitiam inter Deum, et creaturas, quia Deus obligari non potest, nisi per pactum suum.

§ 1. Solent quidam nulli infitiari iustitiam inter Deum et homines, quia iustitiae conceptus exigit mutuam obligationem; sed Deus obligari non potest creaturis, nisi ex sua promissione, et fidelitate; ergo ex natura obligari non potest; neque ita iustitia inter ipsum, et creaturas intercedere. Haec difficultas proprio

de facit cum multis. 2º assumit falsum: nam ut alibi
nobis dicam, non ois actus iustitiae pariat mutuam
obligationem, ut liquet in donatione, mutuo, et aliis.
3º etiam si obligatio pendeat a promissione, non proinde
sequitur quod non sit iustitiae; quia in diuinis certa potest
pendere obligatio iustitiae a sponsione, tanquam a condi-
tione et solemnitate; sic plures contractus dependent a scrip-
tura.

§ 3º. quamuis Deus erga creaturas nullam obligationem in-
ducere possit; nihilominus laedere possit creatura ius Dei, et contra
ipsi iniuriam facere: sic filius seu seruus obligari non potest, iniuriam
autem dño inferre potest seruus ut [illegible]; sic Deus ne-
queat obligari creaturis, non ex hoc tollitur ratio iustitiae inter Deum, et
creaturam ex iniuria et iure laeso. et de eo dubitari non potest, quod
si nulla reperiatur obligatio in Deo ad creaturam, nisi quae
noscitur ex pacto, et fidelitate; cum inter Deum, et hominem interce-
dere potest ratio iustitiae, quatenus hic laedat, et imminuat
ius Dei. § Igitur ut quid sentiamus et quid faciam
rogamus solummodo in praesenti an possit aliqua obligatio iustitiae
erga creaturam nasci in Deo: aut numquid creatura contra Deum
ius suum repetere possit? in qua re sic proposita 1ª sententia
negatiuam tenetur (P. Vasq. 1ª 2ae disp. 223. cap. 2. quem ipsius
discipuli cap. antea relati tenaciter tenentur; solus P. de
eod. 1ª 2ae tra. 9. sect. 8. puncto 6. quam ille pure de nouo ex-
cogitauit. Probant sententiam suam hi autores; quia Deus seclu-
so pacto nullam obligationem contrahere potest erga creaturas; ergo
creatura erga Deum ex propositione, seu ius repetere potest. ergo neque
posito pacto Deo contrahere potest obligatio iustitiae. Pr. [illegible] cum
quoniam illud obsequium seu opus, quod per pactum obligat
ex iustitia, etiam secluso pacto dummodo acceptetur opus et
admittatur, obligabit ex iustitia. videtur ergo quis operarius
in sua linea laborantes, eo ipso quod acceptet, et admittat
q

operarii laborem tenetur ex iustitia, et non ex nudo pacto.

§ 2.a Sententia ex diametro pugnat cum praedicta 1.a doctrina quae dari obligationem iustitiae resultantem ex pacto praesupposito, ita quod sine pacto obligatio non resultet: ita Card. Guar. opusculo de iustitia sect. 9. n. 39: quapropter absolute negat omnino, quod praeconceperat P. Barg. nempe, quod obligat ex iustitia posito pacto aliquando dependenter a pacto obligare: quod est quia multi quotidie in domibus commorantium, et obsequia alia praestant, quae cum sint gestiones [illegible] utique si pactum adesset, obligarent ex iustitia; et propterea non obligant, quia admittuntur, et fieri intelliguntur ex beneficentia, et liberali collatione: quod falsum est, quod quaecumque posito pacto obligant ex iustitia, eadem facta sine pacto etiam ex iustitia obligent.

§ Quomodo autem dignoscendum sit an obsequium praestitum sit liberale, gratuitumque, sive titulo oneroso et in pretium datum? Resp. hoc ex circumstantiis personarum, temporis et loci decernendum: si enim operarius solitus victum quaerere mercenaria, et conducta opera suum habet laborem in vinea Petri, Petro vidente, tacente, et consentiente, utique censetur implicito pacto pecuniis solvendam illius mercenarii operas admittere; neque iudicandum est laborem gratuito impendi. Atque infert nunquam dari propriam, et veram obligationem iustitiae resultantem ex obsequio praestito sine pacto implicito sive explicito: quod argumentum apparet non [illegible] relatam sententiam Barg. quando non aliquis acceptat obsequium titulo oneroso, ideo tunc obligatur ex iustitia; quia datur pactum explicitum sive implicitum, quod necessarium est ad obligationem iustitiae.

§ Praefatum pactum implicitum nunquam apparet aperte negasse P. Barg. et exinde non quaestio de qua inter Guar. et Barg. versari in hac parte non immerito existimavit Cl. [illegible] [illegible], et de ea vel [illegible] [illegible]

[illegible] atri. Borg. pactum simpliciter intercedere sig-
nat, quoties quis opera pretio aestimabilia in alterius ob-
sequium praestat: sed id merito inficiatur Suar. Illis n.
notatis sit asserimus, ni fallor, nullam esse rationem, sed semper
relatam. quia eo obligatur Deus ex iustitia per pactum
initum cum hominibus, et independenter a pacto non obliga-
tur, igitur eo quod ex eo pretio vendit non obligari Deus ex iusti-
tia; quia si obligaretur sic, etiam independenter a pac-
to oriretur iustitiae vinculum; quod nullum.

§ Si vero dicat inter
Deus et creaturam non intercedere pactum simpliciter, quia
Deus admittere potest creaturarum obsequia, et sibi debita mul-
tis aliis titulis: quia sine pacto explicito obligari non potest Deus
et communiter praedicta eo vim obtinet. Sed contra respondemus etc.,
quia obsequium pretio aestimabile cognoscit Deus sibi of-
ferri potest praemium, nec ullo pacto creaturam liberaliter opera-
ri; sed non potest admittere obsequium, quod sit titulo one-
roso exhibere, tanquam ex beneficentia factum: quae li-
cet in Deo pactum simpliciter cum creaturas, quia Deus
manifeste omnium intentiones in se ipsis noscit, etiam
si non explicentur externis indiciis; non exinde arguitur
non dari in Deo obligationem iustitiae; sed ad summum omnia esse Deo
explicita, et ex pacto explicito obligari.

§ Rursus non video
non dari iustitiam, per pactum simpliciter, inter Deus et creatu-
ram, quia obsequium exhibitum potest Deus titulo supre-
mi dominii sibi debitum admittere. si hoc tamen contin-
get evenire quemquam tradicam pro certo; quia sive ex
hoc aliis titulis non onerosis potest obsequium exhibi-
tum admittere sine obligatione iustitiae, ex pacto simpli-
cito, communiter quod oportet pacto ut emergat obligatio

iu-

et teneatur admittere eius electo creaturis, qui potest dari obligatio ius-
titiae surgens ex pacto, et ubi sine pacto.

P. Alarcon tract. 3. de volunt. disp. 8 cap. 7. ad aliud recurrit prius, ut doceat ex pacto Dei non posse surgere obligationem iustitiae erga creaturas; ut quia praemium gloriae, augmentum gratiae, et similia, ad quae obligat Deus per suum pactum sunt spiritualia, proinde pretio aestimari non possunt neque materia iustitiae; sed quoties aliquid est incapax iustitiae ex se, etiam accedente promissione de illo, promittens non obligatur ex iustitia: Sed contra. insuper eo reducitur hic autor, ut dicat nullam promissionem de re spirituali, etiam acceptatam obligare ex iustitia, sed solum ex fidelitate. in cuius rei confirmationem adducit aliquos summistas docentes promissionem etiam de re gravi non obligare sub veniali, quae ex fidelitate horum. At non inducit promissio obligationem iustitiae alioquin in materia gravi obligaret ad mortale. Sacerdos vero, qui stipendium pro missa celebranda, vel administratione sacramenti nihilominus tenetur ex iustitia, et hunc autorem, reddere stipendium si non celebret, aut administret: et ratio est, quia stipendium tribuitur sub conditione celebrandi, administrandi; quae conditione non impleta non datur titulus ad retinendum stipendium.

Sed dico quidquid sit de nuda promissione in pactis facile excluditur haec evasio, quae solum eum partit prius, nec defendit, quod sibi proponit defendere. certe si materia est prorsus incapax iustitiae, ergo etiam erit incapax pacti. vel contractus: ergo qui eo reducit quod ex pacto non nascatur obligatio iustitiae quia materia spiritualis in his promissionibus est incapax iustitiae, non tuetur quod defendendum proponit, nempe ex pacto non nasci obligationem iustitiae; quod est manifestum. Plurimus impugnatur 2° quia quando promissio Dei est de rebus temporalibus, v.g. de tradenda terra Chanaan posteris Abrahami, fatendum huic autori surgere inter Deum, et creaturas obligationem iustitiae: ergo non desistit

universaliter non dari iustitiam inter Deum, et creaturas, ut ostensum
rit. 3. pactio sub ratione onerosa etiam de re spiritua-
li obligat ex iustitia, praesertim si ratione onerosa sit res
spiritualis; sic defenditur esse posse rem spiritualem
pro alia spirituali commutari absque vitio simoniae
iure divino l. naturali prohibito: ergo falsa est ex hac parte solutio
et universim capitulum anti praevium rem spiritualem esse capa-
cem iustitiae.

§ 4° si quis se obliget ad sacrum celebran-
dum l. ministranda sacramenta ob susceptum stipendium
contrahit obligationem iustitiae, ut negare non potest adversarius; sed
satisfacit obligationi celebrando sacrum, et per rem spiritua-
lem: ergo satisfacit ex iustitia; aliter inexplicabile est quomo-
do aliquis teneatur ex iustitia, et obligationi satisfaciat
non ex iustitia; quandoquidem satisfactio tollit id quod
obligatio contrahit: nam ergo obligatio est iustitiae, etiam satis-
factio: et si sacerdos pecuniam stipendii iuste retinet:
ergo per celebrationem sacri satisfacit ex iustitia. denique
sequeretur ex hac sententia non teneri sub mortali celebrari
sacerdotem accipientem stipendium; quod est absurdum: sequela
autem patet; quia ex iustitia non tenetur, in sententia huius auctoris;
ex fidelitate non tenetur sub mortali, ut docet cum pluri-
mis ibidem Allarcon; ergo sacerdos, qui recipit stipendium,
l. plura stipendia non tenetur sub mortali ad sacra celebran-
da; quod quis non videat esse absurdissimum?

§ 5um non dices

adve. posteriori illa sententia. obligatio iustitiae est obligatio realis,
aut saltem personalis, non obligatio verborum; nam quaecumque
obligatio verborum solum adstringit fidelitatem ut stemus dictis,
conventionibus; sed quaecumque obligatio nascens ex solo pacto
il

et conventione non potest esse obligatio iustitiae, sed fidelitatis, cuius modi cum maior esse obligatio Dei ad creaturas. Haec instantia tangit difficiles punctus, quare accurate ad illam respondendum est quantum poterimus: in primis concedenda est maior assumpta, et distinguo subsumpta minor: quaecumque obligatio verborum specificatur, et nullum ius ad rem tribuens, concedo minorem: obligatio verborum, quae tribuit ius ad rem saltem: nego minorem, pariformiter negatur consequentia illationis eodem infertur.

§ Pro distinctionis applicatione notandum est pacta omnia contrahere suam vim ex ea intentione, sub qua contrahuntur, itaque quod aliam non habeant vim conventiones, pacta quae, quam quae derivatur ab intentione. Si enim intentio pacti est transferre rem in alium quoad ius, et dominium, datur obligatio non solum verborum, sed ex verbis, et intentione obligatio realis, personalis vel, qua tribuitur ius ad rem, seu in re; sed quaecumque obligatio ex qua sequitur ius in re, vel ad rem est obligatio realis iustitiae; neque non solum obligatur tunc fidelitas, sed etiam res ipsa, vel saltem persona ad rem: igitur non est mera obligatio verborum, sed quae transit ad obligationem rei, et ex iustitia; quia vero participatur ex intentione obligandi fidelitatem, sed ut vulgo dicitur verbum suum suum, et fidem consignerat, seque obligat ad constantiam, et veritatem dictorum, rem vero ipsam, et personam neutiquam obligat, sic noscitur sola obligatio verborum.

§ Praedicta doctrina, quae maxime necessaria est in praesenti explicatur facile in religioso, qui cum incapax dominii si illi superior rem promittat, aut actu donat; et postea promissum non impleat, aut rem donatum auferat, non facit religioso iniuriam; quia promissione quomodocumque acceptata, seu donatione, et traditione rei

n̄ transfert ius, aut dominium in religioso; unde superior promittere s. donare nequit ex intentione transferendi dominium, aut tribuendi ius. in hoc v° consis- deficiet superior sue fidelitati, et dictorum constantie, eritque ut vulgo dicimus improuium. Si promittet quando Petrus Joanni (suppono ambos esse capaces dominij) promittit 25, et promissarius acceptat promissionem, insurgit obligatio realis iustitie, quia ex simili promissione pactis, et donationibus transfert ius, et dominium ab uno in alium; et si n̄ transferret ius, aut dominium nulla consurgeret realis obligatio, sicut in superiori religioso non insurgit, sed mera obligatio verborum, et fidelitatis. Ecce quo per pactum nascitur obligatio realis, et mera obligatio verborum. §.

Ex tradita hac doctrina oritur urgens argumentum in predictam 13. 14. Patris Barg. quam s. hac sola ratione a priori falsam iudicare debemus. multe obligationes iustitie ita pendent a pactis, ut sine pactis n̄ insurgant, quod n̄ est de implicita ... ; sed aliis de explicita intelligendum est; quandoquidem plures obligationes, et stipulationes, aliaeque quaestiones a pacto scripto dependent, et sine scriptura n̄ dantur, ut alias in tractatu de emptione dictum a nobis est: ergo stat optime quod alique iustitie obligationes pendeant a pactis, ut sine illis n̄ existant. Proinde fundamentalis est illius sententie corruit. Sed plurimum pactiones n̄ sunt vestite (ut loquuntur iuris interpretes) sed quasi nude, cuiusmodi est emptio, et venditio iuxta communem sententiam, transferunt ius unius in alium, et inchoant translationem dominii; sed quod transfert ius, et dominium inducit obligationem iustitie: ergo pacta nuda, et multo potius vestita, inducunt obligationem iustitie

prgta sine translat. iuris n̄ pot Paulus iure Petri illus obligare ex iustitia; & sine pacto n̄ datur translat. iuris: q̄ obligat. iustitiæ ita surget ex pacto, ut sine pacto n̄ esset. Hucusque universim sumus locuti; nunc quia superest aliqd speciale circa modum obligat. nascentis ex pacto, placuit sequenti cap. rem altius expendere.

cap. 5. an propterea nequeat obligari Deus ad remitendum iniuriam ex iustitia; quia sine pacto n̄ tenetur admitere satisfactionem.

§ Quoniam cap. antec. docuimus obligationem iustitiæ integre nosci posse ex pacto, visum fuit subnectere desisionem quæstionis in cap. propositæ; quia proxime resolut. huius desisio consentanea est. nullum n̄ movit lapidem P. Vasq. eiusque discipuli ut secluderent a Deo obligat. iustitiæ; proprie fatus autor tota disp. 9 de incarnat. secutus Joannes de Medina aliosque antiquiores, ex eo negat in Deo actum proprie iustitiæ in remissione culpæ aut ofensæ contra Deum; quia secluso pacto satisfactionem pro ofensa Deus admitere n̄ tenetur; & si remisio esset per actum iustitiæ teneretur admitere satisfactionem Deus, ut pote quæ extinguit debitum independenter a nova gratia creditoris: ac proinde in voluntate eius, qui damnum patitur n̄ est respuere oblatam satisfactionem, et postulare aliam, ut constat ex materia de restitut.

§ In disficult. proposita P. Valen. tom. 3. in 3a pte disp. 1. quæ. 1. puncto 5. § ego vero quem sequit Cabrera

disp. 1. § 6. n° 68. Ragusa disp. 21. § 8. qui pro se allegant Sotum et S. Bonaven. respondent non potuisse Deum non acceptare Xpi Dni satisfactionem quando quidem ea satisfactio ad aequalitatem delictum operabatur: bene tamen potuisse alias satisfactiones non admittere quae ad aequalitatem delicti minime assurgebant: quapropter satisfactio Deo oblata pro delicto potest esse talis ut respui non queat: sic ex hoc capite optime potest Deus obligari ex iustitia ad remissionem offensae.

Postremo Alii d. cum P. de Puente Hurt. disp. 22. de Incarn. s. 14. sub s. 2. nullo modo admittere voluerunt Deum mansisse obligatum ex iustitia ad Xpi Dni satisfactionem aut similem quamlibet [illegible] iniuria admittendam. Ad huius resolutionis probationem distinguunt duo in iniuria; scilicet ipsam offensionem quae late sumpta dicitur iniuria, et praeterea damnum honoris inde subsecutum. Pro isto 2° nempe honoris plane docent hi Authores creditorem quemlibet non posse recusare, aut non admittere oblatam satisfactionem. Quantum ad scilicet de iniuria late sumpta docent non teneri offensum satisfactionem admittere, neque ad remissionem offensae, neque ad restaurationem pristinae amicitiae. Verum tamen esse offensum ex charitate teneri ad odium, et malevolentiam deponendam: de ista vero malevolentia, aut odio non est sermo in praesenti, sed tantummodo de offensa, et iniuria late sumpta.

His praemissis docent praefati Authores 1°. si homo per peccatum laesit divinam famam in generando aliis pravam opinionem de Deo, videlicet ipsum esse crudelem, iniustum, vel quid simile: quotiescumque homo obtulerit satisfactionem condignam pro hac laesione famae, teneri Deum ex iustitia satisfactionem admittere: probant hoc, quia titulus iniuriae [illegible] durat tantum, quantum durat inaequalitas in allato damno; sed oblata satis-

fact.e predicta inequalitas n. duxat: ergo satisfactio oblata n. pot. n. ad=mittere Deus. Inferunt ex hoc ijdem Patris veram, quod sane potest ee verum, vlt. quod satisfactio pro illato damno nario sit admittenda a Deo etiam independenter a pacto.

2.o Statuunt ijdem Patres satisfact. Christi Dni quantumvis ad offensam, et iniuriam late sumptam potuisse n. admitti a Deo, ita ut propter illa peccata hois remitteret, aut hois gratiam donaret. Ratio e, quia ad gratiam donandam requirit novum contractum, et nova Dei voluntas; sed ubi requirit novum contractum, et novam volas. sup.a satisfact. n. sufficit satisfactio oblata: ergo ad remissionem iniuriae late sumptae n. e sufficiens, aut inducens obligationem remissionis satisfactio. 2.o ubi quis laesus e in fama sua post restaurationem famae habet ius ad n. remittendam iniuriam, et offensam, et ad n. acceptandum offendentem in suam amicitiam; neque aliquis asseverare pot. facta restaurat.e famae teneri ex iust.a hominem offensum ad deponendam aversionem, et acerbitatem animi, et ad admittendum offendentem in suam fa=miliaritatem: ergo &c. Dr. hoc, quia homo in peccato mortali existens pot. offerre satisfact. Deo propriam honore Dei, et tn. hoi n. remittit propter inde peccatum: ergo &c.

Veruntamen displicet nobis hic discursus Patris Hurtadi, quoniam, licet verum sit, quod distinguant re ipsa volas Dei remittendi peccatum a volunt.e restaurandi peccatorem ad suam amicitiam, et deponendi iram iuste receptam cu. illo: at eo ipso, quod in hac providentia donet Deus homini peccatum propter satisfact. oblatam et penitentiam, intellig.r statim admittere illum ad suam amicitiam: quare moraliter loquendo in hac providentia idem e admittere Deum satisfact., et penitentiam, atque statim restituere paenitentem ad suam amicitiam, et deponere aliam aversionem ab illo, etsi identitas moralis sumpta ex coi aestimat.e atque in illa fundata, maxime attendenda est in hac m.a, proinde si peccatoris oblatam satisfactionem nequeat Deus repellere, non pot. in hac providentia n. admittere offendentem ad pristinam amicitiam, quia haec duo moraliter loquendo in idem resident, ut dictum est.

Explicatur solutio exemplo illius, qui laesit Ecclesiam, et incurrit poenam excommunicationis, et privationis communionis fidelium, siquidem acceptetur satisfactio, et paenitentia illius, debet ratio admitti per absolutionem ad communionem sacramentorum, et fieri idoneus ad reliquos actus Ecclesiasticos, ad quos per excommunicationem manebat incapax ratione communionis, licet ista separari possent, et admitti paenitentis satisfactio ad solius remissionis iniuriae, et damni illati, quin admitterent ad remissionem iniuriae late sumptae, et ad participationem actuum Ecclesiasticorum: attamen in praesenti institutione admissa satisfactione ad unum, admitti debet ad aliud moraliter idem, et poena inducit inhabilitatem per excommunicationem privatione amicitiae Ecclesiae ex iniuria intendiorum, quia laesit ius Ecclesiae, et adhibita satisfactione pro laesione in integrum debet restitui.

Homo in peccato mortali perseverans potest restaurare damnum, et inhonorationem malae opinionis de Deo, quam ingeneravit aliis (et haec rigorose dicitur infamatio) verum perseverans in mortali non potest satisfacere pro ipsa actione peccaminosa, quae ex se, et quasi in actu 1° est contemptio, et inhonoratio laedens ius Dei, cui per omnia homo subditus esse debuit. In humanis cum non cognoscamus actus internos sufficientissime, si satisfactionem exhibeamus per externas actiones, et in ipsis effectibus demonstremus nos retractasse actus interiores, licet revera illos non retractaverimus. In Deo vero, qui scrutator est cordium necesse est requirere non solum satisfactionem exhibeamus pro externa iniuria; sed etiam retractemus actus interiores. Unde, si ponat actus contritionis homo, aut aliud quid delens, et extinguens illius inhonorationem quasi in actu 1° et retractans actum internum, cum qua retractatione iungat moraliter amicitia Dei, et habilitas ad dona supernalia: eo ipso, quod Deus admittat hanc satisfactionem non potest in hac providentia non admittere hominem ad amicitiam, et habilitatem pristinam. Hinc patet solutio ad argumentum superius relatum.

§ Sed dices Deus ex titulo dominii universalis potest arrogare sibi satisfactionem exhibitam pro peccato, eamque non admittere ad rationem satisfactionis. 2° quoniam haec solutio destruit allatam doctrinam prius, nempe Deum non posse non admittere satisfactionem oblatam pro detractione famae lesae, ergo haec, et in sententia P. Hurt. tenetur Deus admittere praedictam satisfactionem quamtumvis sit supremus Dominus, quia non obstante dominio supremo poterit obligari Deus ad admittendam satisfactionem exhibitam pro peccato, et iniuria late acceptata. Si respondeat detractionem illam famae esse contra iustitiam non vero iniuriam late acceptam. Responsio sine fundo est, ut videbimus postea quaestione disputatione ubi an peccatum sit stricte iniuria Dei.

§ Reiecta sententia Hurt. superest examinemus, an ex eo, quod Deus non teneatur satisfactionem admittere secluso pacto, sequatur quod satisfactio non fuerit ad rigorem iustitiae: pro decisione statuo hoc principium quoties actio aliqua duplici titulo debetur, potest admitti libere ad utrum libet, verbi gratia Petrus mihi debet centum nummos ex contractu, et alios centum titulo hereditatis, quam mihi offert centum nummos, ad satisfaciendum pro alterutra obligatione; possum ego illos admittere pro obligatione contractus, sed quae ex iustitia; cum tamen ego minime tenerer admittere satisfactionem pro obligatione contractus, quod stat optime quod satisfaciat aliquis ex iustitia creditori pro eo titulo pro quo non tenebat creditor satisfactionem admittere.

§ Explico ulterius praeiactum principium, rationem quod illius, debet mihi Petrus ducentos nummos aureos ex duplici titulo et debito, quorum unum est anterius, et posterius alterum. Offert centum nummos pro posteriori debito. possum ego illos admittere, vel recusare pro eo titulo

et tn si illo admittam satisfactionem Petri pro debito ex rigo-
re iustitiae; stat optime, quod satisfaciat debiter ex rigo-
re iustitiae suo creditori, quamvis creditor non teneat
admittere satisfactionem pro debito, pro quo solvitur.

Ex quo id optimum: si Petrus debeat centum
Ioanni pauperi, et illa centum afferat in eleemosynam
aliis solutionis debitum: nihilominus Ioannes potest ac-
ceptare illa titulo iustitiae et ad debitum extinguen-
dum: et eo ipso, quod illa acceptet titulo iustitiae extinguitur
omne debitum, licet aliunde potuerit recusare, et non accipere
illa centum eo titulo, quo offerebantur; et stat optime
quod detur satisfactio ex rigore iustitiae, quamvis admissio
satisfactionis sit spontanea, et voluntaria.

Ex hoc quo infero in lucem [illegible]. si satis-
factio hominis, quae pro peccato offertur, debeat Deo titulo dominij in soli-
dum, et titulo iuris tali etiam in solidum potest pro mera sua voluntate admittere
oblatam satisfactionem ad aequandum ius laesum, et satisfaciendum pro illo,
et sic exercebit iustitiam quam circa, et nequaquam sibi arrogabit titulo do-
minij satisfactionem. Haec illatio aperte infertur ex doctrina prius
assignata, quia quoties aliquid offertur ex duplici titulo iustitiae potest
creditor pro mera sua libidine admittere oblatum ex uno titulo et non
ex alio, nec propterea deficiet satisfactio a iustitia. Ergo; si actio sa-
tisfactoria cum debita est duplici titulo, Deus potest illam admittere
ad satisfaciendum pro iure laeso, et nihilominus exit de rigore iustitiae licet vo-
luntarie admittat.

Consequenter ad praefatum [illegible] prius statuo aliud ex
quo decisionem praesentis difficultatis iuxta omnia [illegible] elicio. quando
alicui ex multiplici titulo iustitiae debetur res, vel actio, potest interve-
niente pacto obligari ad admittendum satisfactionem ex uno titulo, et non ex

alio, neq. obstabit pactũ prædictũ, quominus satisfactio sit ad rigorẽ iustẽ. Resolutio hæc tũ ex præcedenti prĩo, tũ ex doctrina capitis aptis constat, ex qua statutũ manet, quo modo pacta, et conventiones, quæ ordinant ad transferendũ ius, et dominiũ n. solum n. obstant rõi iustẽ, sed illã dĩo promovent. Exemplo doctrinã explico: pone Paulũ creditorẽ habere titulũ antelationis in debito quo Petrũ illi tenet reddere 100. numos, et rursũ habere aliũ titulũ posteriorẽ, quo idẽ Petrũ debet illi alios 100. hoc posito pot. pacisci cũ Petro Paulũ in hanc planè frã. si obtuleris 100 illa acceptabo pro posteriori debito, n. obstante antelatione prioris. quo posito pacto tenet Paulũ admittere posteriorẽ spensũ ex iustitia ergo etc.

Ratio huiũ prĩs ẽ, quia ubi reperit multiplex debitũ in volunt.ª creditoris est, ut admittat solutũ, et satisfact. pro posteriori debito cedendo iuri antelationis; hoc posito pacto iuris cessionis transfert in debitorẽ: ergo posito pacto tenet creditor ex iust.ª admittere satisfactũ. pro eo tt.º, pro quo pactũ est cũ debitore. Hoc ã. fortiori iure nrã sũ de dominio dei inferius explicanda locum obtinet, quamvis pacta, quæ deus init cũ hoĩbus, faciunt ut dominiũ morale humanarũ actionũ sit penes hoĩes, et n. penes deum ut videbimus cap. 10. ergo posito pacto, quo transferat deus ius morale in eas tenebit ex iust.ª admittere satisfactũ. et si illa æqualis sit, reiici n. poterit posito pacto supra dicto.

Hinc infere prĩ. actiones cũ deo debitũ tt.º præceptis, etiamsi supremi dominij, qui titulũ oĩs antiquissimus, et merito aliis oĩbus anteferendus est, possint aliãs offerri deo ad satisfaciendũ pro iure dei laeso; ideo ex iust.ª intervenientc. pacto, obligabit deus ad admittendã satisfact. oblatas n. titulo dominij; et ad absolvendus pro peccatis ex iurũ rigore: ea olt. rõe, quia pactũ ẽ deus se admissurũ satisfact. ex tt.º iuris laesi, n. ex illo antiquiori dominij titulo.

Opera Christi Domini semel perfecta, et ad extra producta sunt in esse physico ejusdem Christi Domini titulo productionis; et nihilominus ita sunt in dominio, et potestate morali ex titulo humano et morali, ut non sint sub dominio morali Dei, ut videbimus late cap. 9. et 10. Hac opera, si illa offerat Christus Dominus in obsequium Dei ex titulo physico, quem in opera habet, potest illa Deus sibi vendicare titulo supremae suae excellentiae, nec non titulo creatoris; potest etiam illa admittere ad resarciendum injuriam. Si pacisatur Deus illa admittere ex hoc posteriori titulo, tenebitur ex justitia illa admittere ad resarciendum injuriam:

Ecce quomodo independenter ab ullo pacto potest Deus rejicere, et admittere opera Christi Domini titulo satisfactionis pro peccatis; si vero illa admittat, erit satisfactio ex justitia, et posito etiam pacto, cum transferat.

Cum transferatur jus morale in creaturis ut inferius dicemus: non potest Deus juste rejicere satisfactionem oblatam.

Ex his resp. breviter ad quaestionem propositam: etiam si Deus non obligetur admittere satisfactionem creaturae, adhuc quod ea satisfactio potest esse ad rigorem justitiae, ut ostendimus probando prior, et ejus illationibus. Et posito pacto de admittendo satisfactionem, esset Deus injustus, si satisfactionem non admitteret. Hinc resp. ad argumentum Borg. admissa omnia, neg. omnia, vel, quod ex ipso quod satisfactio sit ex justitia teneatur Deus ut creditor illam admittere; quamquidem non creatis, ut visum, stat optime etiam satisfactionem non obligare creditorem semper ad ejus admissionem, si sit

volun-

creditores resideat quod satisfactio sit ex titulo iustitiae potius, quam ex alio.

§ Secunda solutionem in rigore cuiusdam dicunt: satisfactio, quae eget gratia creditoris non omnino perfecta ex iustitia; nam si adaequata esset non egeret pacto supplente eius defectum: quae assertio falsa. Si deinde confirmatur ex dictis quae de incarnatione cap. 3. et 23. autoris eiusdem: iniuria non infertur, nisi invito, quare veniens iniuriati ad illatam iniustitiae minime requiritur; immo eius repugnando necessaria dicitur quae satisfactio, quae offertur: ut talis sit non indiget venia, aut voluntate ipsius creditoris; et in hoc sit distinguitur satisfactio pro iniuria ab obligatione nata ex contractu.

§ Ad haec respondebo distinguendo antecedens assumptum: satisfactio quae indiget gratia creditoris ad supplendum valorem satisfaciendi sic ad iustitiam, concedo: quae indiget gratia, ut admittatur potius ad unum titulum, quam ad alium; nego assumptum. exemplum sit in satisfactione Christi: haec non indiget pacto ad supplendum valorem; quia ante omne pactum liberum est Deo illam vindicare sibi titulo creatoris, aut supremae excellentiae, vel admittere illam ad satisfaciendum pro peccatis ex iustitia; ad hanc admissionem necessario indiget pacto quod non est inconveniens cum ratione iustitiae. Ad confirmationem admitto antecedens distinguendo consequens: satisfactio quae offertur ita quod ex alio titulo non possit usurpari iuste a creditore non indiget eius voluntate concedo: si posset iuste usurpari, nego consequentiam. Alioquin enim non est universaliter ad quamlibet satisfactionem pro iniuria non requiri voluntatem creditoris; etsi aliquando nulla talis requiratur voluntas. cap. 6. proponimus sententiam negantem iustitiam inter Deum, et creaturas quia Deus transcendentalis Superior dominus est

§ 4. Supposuimus ergo cum coi sententia Thelogorum, Deum habere dominium transcendentale proprietatis (de iuris dicto dominio in genere non est sermo) in omnium creaturarum actiones; exponendum nunc fuit accuratius istud dominium Dei quando accedimus ad praecipuum caput huius difficultas, vel quomodo cum dominio Dei possit consistere obligatio iustitiae erga creaturas. Dominium Dei in creaturas sed omnium distinguendum est in dominium physicum et morale, ut distinguit cois doctrina; sed inter thelogos pauci accurate exposuerunt utriusque dominii discrimina; nuper in hanc curam incubuit Ioan. Caramuel lib. 1. suae theologiae moralis cap. 4. disp. 1. ubi bene docet, Deum habere physice dominium rerum omnium creaturarum quia illas immediate producit concurrendo eadem indivisibili actione cum creaturis; et hoc dominium merito dicitur physicum; quia fundatur in productione physica, et causalitate reali; quae non reperitur in aliis dominiis moralibus, et humanis.

§ Subdistinguit hoc dominium physicum Dei in actuale, quo producit, et producit creaturas et in habituale, quo easdem conservat. Superaddit cum P. Varg. 5 parte disp. 8 n. 9. creaturam eodem, quatenus libera est habere peculiare dominium physicum in suas actiones, quod dominium non par est ei quod Dei; quoniam actio peccaminosa ergo quatenus libera est, non determinatur ultimo a Deo, fatetur praefatus auctor se docuisse istud dominium proximum, quod creata habet seorsum a Deo, ante-

quod in Patre Vazq. incideret loco relato idem docentem; neque id mirum mihi est, nam res non adeo recondita, et abstrusa est: quandoquidem plures in physica, et nos ipsi cum illis ex eo docent Deum concurrere actione substantiali cum operationibus liberis creaturis, quia alias nullum dominium haberet Deus in predictas actiones liberas; simulque significavimus omne ius proveniens ex determinatione ultima libertatis pertinere ad creaturam, et non ad Deum. Hac sufficiant in presenti circa dominium physicum.

Dominium morale definitur non male ab eodem Caramuel lib. 2. cap. 2. per moralem, et virtualem rei productionem, quando ex concordia, et pacto hominum ita se gerit dominus, ac si rem produxisset. Huic explicationi consonant ea, que nos, cum alias agentes de emptione, et venditione cap. 1. huius disp. tradidimus, nempe ius ad dominium esse titulum coniunctionem moralem rei ad personam, que in eorum estimatione reputatur, ac si res respectu actualem, tanquam ad causam, diceret ad personam. Isti tituli ab hominibus inducti sunt. inventio, servatio, adoptio, donatio, emptio, mistio, prescriptio, et similia; vi istorum titulorum, v.g. prescriptionis in rem reputatur prescribens, ac si causa esset rei, et proinde dominus.

Consequenter ad hec disputat idem Caramuel, an Deus non solum habeat dominium physicum rerum omnium, sed etiam morale precissum a physico? Et resolvit affirmanter, quia ita res aliquas habet Deus sub suo dominio, quod si vere, et physice illas non produxisset, nihilominus illarum dominium obtineret, v.g. cum Deo res donant, et consecrant, v.g. templum; ita transeunt in dominium morale ipsius, quod si alias non fuisset dominium physicum, per donationem et consecrationem sufficienter haberet dominium morale, et humanum earum: similiter iusti adoptantur a Deo in filios, et ius filiorum, et si natus parens ipsorum nequeat esse Deus: ergo Deus preter dominium physicum, habet etiam dominium morale aliquarum; sed non omnium; quoniam aliquae res ita subsunt humano dominio hominis, ut simile dominium in illas non habeat Deus.

Hoc maximè notandum est ad dicenda 9. et 10. cap.

Praeter ista dominia notandum est insuper aliud quod argutè docuit P. Ripalda tom. 2. de ente supernali lib. 4. disp. 83. s. 14. n. 21. nempe antecedenter ad dominium physicum, et morale explicatum competit Deo antecedenter aliud in creaturas ex suae excellentiae, et summae omnium perfectionis; hoc divinum iuris, antequam creaturas produceret, debebat Deus potestatem ad creandum illas, ubi, quando, et quomodo sibi placuisset: ergo antecedenter ad quodcumque dominium acciate, quale est dominium ex titulo creationis competit Deo aliud ius, et dominium essentiale titulo suae excellentiae, et primariae potestatis.

Hinc fit, quod, licet Deus non produceret immediatè creaturas, attamen titulo praedictae excellentiae, hoc cuius Deo deserviunt omnia, illius imperio stare debent. Sic Christo Domino ob excellentiam suae hypostasis debetur rerum omnium dominium, quamvis vim productivam omnium non haberet. Adamo similiter aliatis traditum est dominium, saltem morale, et aliquomodo physicum, licet vi productiva aliatis careret. Si per impossibile creaturae se invicem, sine interventu Dei producerent adhuc remaneret penes nempe Deum ius saltem supremum, licet non adeo primatum in creaturas.

His statutis principiis facile cognitum est praecipuum fundamentum cui nituntur, et fidunt negantes iustitiam inter Deum, et creaturas, et hoc argumento, velut invicto Achille gloriantur. — Nihil est in potestate creaturarum, quod ad Deum non pertineat iure, et dominio physico per creationem, et dominio essentiali per suam naturam independenter à creatione: ergo non potest obligari ex iustitia ad creaturam, siquidem nemo in re sua obligationem iustitiae contrahere potest.

Hi.

quia Pater ut Pater non pot obligari ad filium, neque Dominus ut talis ad servum, ut docet Dnus S. clarus cap. 6. sed magis sub potestate Dei residet creatura quam servus sub Domini potest. ergo inter Deum et creaturas intervenire nequit obligatio majoris rationis, quod Pater, et filius reputantur moraliter una, et eadem persona, ut late P. Vasq. 3. p. dis. 8. cap. 1.

Si ad haec respondeas opera nostra quatenus libera, et ultimam determinationem sortiri, et provenire a nobis non a Deo, ut dictum est hoc eodem capite; inde est bonitas, et malitia actionum nobis tribuitur, non Deo: ergo hoc pacto sub dominio hominum sunt actiones, et non Dei. Contra responsionem insurgit P. Alar. tract 3. de Volunt. disp. 8 cap. 9 num 3: hanc libertatem exequendi humanas actiones, proveniunt nobis dedit Deus, nobis illam servat: ergo actiones liberas, licet non immediatum determinationis liberae titulum; attamen medianum, et sufficientem proprietatis obtinet titulum. Sic licet Dominus non servat immediate ad operationes servi, nihilominus habet titulum eundem ad illas, et qui dat pecunias ad strictum societatis, licet immediate non servat; habet tamen ius in lucrum propter opem mediate collatam.

Ergo confessiones, opera nostra bona praecipuum sui valoris titulum hauriunt a gratia supernali, tum praeveniente, tum concomitante, tum etiam subsequente, et tot titulos proprietatis in actiones bonas habet Deus, quot confert auxilia gratiae. 3. quia nunquam nostra oblatione potiorem titulum dominii in opera nostra Deo largimur, quam ipse habet antea ad oblationem; sicuti denique non potius exigere pot nostra opera ex dedicatione quam ex sua excellentia, et creatione; sed nisi est ad rationem, ergo oblatione, et donatione aliquem dominii titulum transferamus in eum, cui ea tradendo donamus; ergo Deus nulla actione nostra obligationem iustitiae

contrahere potest.

§ Ex dictis huc usque manet sub. exclusa alia solut.o, quam non nulli recentiores exhibere conati sunt; ait, quod Deus in actiones creaturae non habeat dominium aut ius, quatenus sunt in fieri; bene tamen ut sunt in facto esse: signantes quamlibet act.m existentem esse sub dominio Dei; quod non illa producatur vel non producatur ex mera libidine, et volunt.e creaturae. Quemit. in hanc solut.m, lt profiteatur eius impugnationes, relabitur Arg. ut statim sequenti cap. videbimus; excluditur, inquam, quia quod in facto esse habet dominii Deus in creaturarum bona, id ipsius habuit in fieri; neque nullo titulo illam exhigere, et vindicare sibi potest in facto esse, quin eque possit in fieri; quod eque dominus est Deus actionum creaturae in uno statu, atque in altero.

§ Excluditur etiam responsio P. Suar. disp. 4. de iustitia sect. 6. § ad priorem pars. ait pro bonis realibus requiri utique quod pretium rei distractae non sit in dominio creditoris: at idem non requiri in satisfact.e iniuriae quae fit per honorat.m, et obsequia. Hoc inquam, excluditur, quia satisfactio per obsequia nequit esse ad rigorem iustitiae si idem obsequium alio titulo debitum sit. s. independens ab offendente sit in potest.e offensi; quis enim dicat me satisfacere Petro offenso per obsequium ad quod ipse procul ab offensione me cogere pot.? servus dominio per sua obsequia ad rigorem iustitiae satisfacere ideo non pot.; quia omnia sua domino debet [illegible] sibi.

§ Hinc praecipua ratio adueta: ita proprie Deo competit dominium in creaturas, ut illud abdicare, aut cedere iuri suo nentiquam posit: ratio est, quia creatura hoc ipso quod creatura sit, habet necessario titulus [illegible] dominio

Dei

Dei dominio, sicut artefactum necessario pertinet ad artificem, et est sub dominio illius: ergo nulla creatura potest esse satisfactio ad iustitiam Dei: patet hec consequentia, quia duo requiruntur ad satisfactionem iustitie, primum quod actio satisfactoria sit sub dominio offerentis: secundum quod non sit sub dominio illius, cui satis fit, et alterutro quolibet deficiente non datur satisfactio iustitie, sed sic est quod quelibet creature satisfactio est sub dominio Dei creditoris, ergo etc. Hanc eandem rationem late urget Cardinalis Lugo disp. 8. de incarnatione sect. 1. qui insolubilem iudicat. cap. 7. contrariorum solutio qua dominium Dei cum obligatione eiusdem ex iustitia reciliare minime aliqui.

§ Innumere sunt solutiones ab auctoribus exhibite argumento facto cap. ante: plausibiliores tantum animus est examinare isto, et sequenti capite, ut deinde capitulis 9. et 10, eam, quam veriorem existimamus proponamus, et protegamus ab impugnantibus.

§ P. Arg. disp. 31. de iustitia sect. 4. sub. 2. solutionem argumenti adornat supponendo creaturas rationales habere absolutum dominium suarum actionum, sive annuente Deo dominium, sive non. ratio propositionis est, quia dominium est respectivum ad rem cui dominamur; sed hanc non optinet creatura rationalis in suas actiones: ergo habet in illas dominium absolutum, sive comparatum cum Deo, sive non. hoc supposito; dominium creature minime tollit Dei dominium tradito creaturis, aliisque, maxime cum quatenus Deus cedit huic titulo, aut ratione illorum non exigit actiones creature, per illas potest satisfieri Deo, ut liquet hoc exemplo. debet Ioannes

Petro centum, fit deinde servus Pauli; pot non servi-
ens Ioanni satisfacere ex iustitia pro debito ipsius ma-
ltus, si permittat illi Paulus pro libito laborare vineas
alienas, et ex labore soluere dño pro debito. ergo slut.

Miratus sum potuisse hæc placere viro in
aliarum sententiis excogitandis, et excutiendis acri. nam
refellenda solutione, obiam ea ipsa, quæ sibi obiecit
Arg. et nunquam idonea solutione diluit: deinde alia,
quæ prætermisit subiiciam. nam 1º eo ipso quod actiones
Ioannis servi sint sub potestate Pauli domini, fruit ad satisfac-
tionem rigorosæ iustitiæ offerri non possunt quæ patet, quia nemi-
ni satisfieri pot ex rigore iustitiæ offerendo illi quod suum est
dictæ actiones sunt Pauli, ergo ad satisfactionem iustitiæ illi offer-
ri nequeunt. si dicat actiones Ioannis servi non esse sub po-
testate et dominio Pauli fatetur statim exemplum non esse ad
rem, quia actus creaturæ nunquam exeunt a dominio crea-
toris; sed actus mancipii emancipari, et exolui potestate
dñi possunt.

Resedit Arg. sublatis. passa actione servi productam esse sub dominio dñi postquam existit: nihilominus quia
non potestate mancipii fuit quod existeret. si non existeret,
posse servum ex iustitia dño satisfacere per actionem.
exemplo alio rem dilucidat mea humiliatio coram
alio facta, eo ipso quod existat, sub dominio alterius est, repugnat quippe eam existere, et non ordinario in terris Pauli eo
solo modo pot humiliatio actio sub illius dominio esse, quia
tamen ego possum facere quod sit. si non sit predicta humiliatio
ex iustitia satisfacere possum per illam. similiter si pro-
ducam ego mille professores, quamvis producti necessario
futuri sint sub dominio regis: attamen ipsa productione satisfacio

regi

ex iustitia, quoniam do illi quod poteram non dare.

§ Adde hec solum difficultatem non evacuati sed quia recurrit ad id quod ipse Arg. saepe impugnat. Scilicet actiones creaturarum in fieri non esse sub potestate Dei; si autem fateatur ipsum fieri et produci actus esse sub dominio Dei, ergo ipso fieri non potest Deo ad iustitiam satisfieri. Et tamen, quia in exemplis allatis ideo humiliatio et pecunia in facto esse satisfaciunt ex iustitia, quia fieri a quo dependet factum esse est solum sub potestate offerentis, quod fieri actionum creaturarum est sub potestate Dei; ergo allata exempla non sunt ad rem.

§ Impugnatur tertio ipse exemplo exempli servi, quo utitur adversarius. quod Ioannes servus lucretur in vinea aliena operando quod prevenit ex mera liberalitate sui domini, qui postea quam illi dedit veniam lucrandi, et ad id obligavit Ioannem fidelitatem suam; si inquam licentiam revocet, et auferat lucrum nullo illi facit iniuriam; ergo non solum pecunia lucrata in facto esse, sed etiam existere lucrationis est sub potestate domini ac proinde nullo modo per pecuniam lucratam potest ei satisfieri ad iustitiam. Si Regis non solum pecunia producta, sed etiam producentis actio, quia cogere potest renuentem ad productionem, quomodo producens satisfacere potest Regi ex iustitia per productionem? idem dic in exemplo humiliationis; omnia ista ita scatent mille defectibus obviis impugnationi.

§ 4° impugnatur principium principale solutionis. non potest Deus ex iustitia obligari ad satisfactionem non exigendam, vel cogi non potest, ut eam sibi non arrogaret; ergo neque satisfactio potest esse ad rigorem iustitiae. sequitur consequentia; quia quoties satisfactio fundatur

ingratã, aut spontanea liberalit.e creditoris, nõ pot obligari ex iustitia; ergo praedicto modo fundaretur satisfactio in creditoris gratia, et liberalit.e, qua nollet exigere vel arrogare sibi satisfacientis opera. Resp. ad haec ergo sufficere advirtionem quod ex fidelit.e, vel alia qualibet virtute obliget Deus ad illa opera nõ repetenda: et est enim re praesenti abundat exemplis; sic etiam istud exemplo, potest rõe à priori explicare ostendit: inquit. Pone

hoiem voto, aut iuramento ita obligari ad dandum tibi pallium, quod nullo modo, neque divinitus, repetere possit pallium, aut se obligare ferre. Si tibi demo donatum pallium mihi tradat, nõ minus aestimare debeo, quam si dedisset aliud quod suum fuisset: et similiter si donatum prius suo redonet pallio, tantum liberalitatis ostendet, quam si de suo daret: quo ergo satisfacit ex iustitia Deus nõ repetens ob fidelitatis obligationem, ac si de iustitia teneretur nõ repetere. ratio huius à priori est, quia ex parte requiritur, quod offerens satisfactionem in eam habeat ius, et nõ creditor; quia creditor debet reputari aliquid de novo acquisivisse, et factus ditior, et offerens satisfactionem debet ex parte sua ostendare liberalitatem tribuendo id, quod retinere poterat apud se.

†: illud retinere; quamdiu retinet dominium nequit ipse de bonis suis satisfieri ad iustitiae rigorem haec †:

Ista ora facile refelluntur: quia quoties creditor ex iustitia nõ tenetur cedere s. nõ repetere rem, significat quod alienavit, et habent res adhuc sub eius dominio manet, proinde nulla gratia, et liberalitas creditoris erit quod illa admittat et sibi satisfaciat, quia in re perfecto nõ ordio modo quo. peccatum solutum subsistere posset si sub teneat Deus promissione nõ abdicare dominium à se quod habet in actus Christi...

illud retinere, sed deus retinet dominium, nequit ipse de bonis suis satisfieri ad iustitiae rigorem. ergo &c.

Exemplum vero quod affertur non est ad rem; quoniam homo per votum, aut promissionem dans rem Petro, ea se abdicavit, vel non? Si secundum manet difficultas, et nihil proficitur exemplo. Si primum exemplum, non est ad rem, cum deus nunquam a se abdicaverit dominium rerum creatarum. Ratio a priori huius potissime militat qua sum authorum, quomodo enim creditor ditior, aut in maiori aestimatione constitui potest oblatione eiusdem rei, quae semper in suo dominio, et potestate erat? Exemplo servi, aut religiosi, cui superior, aut dominus remisit rem ad usum cum promissione de illa non repetenda, hoc concludit; quoniam tunc nemo dixerit per res similes posse satisfieri ex iustitia, quoniam servus, aut religiosus segregatum dominium illarum non habent.

Impugnatur 3.o eadem solutio relata, quoniam ex illa sequitur saltem per nulla opera praecepta posse creaturam satisfacere deo ex iustitia: et consequentia, quia tantum abest in his operibus quod deus iuri suo cesserit, ut potius opera exigat: at solutio supponit non posse hominem deo satisfacere ex iustitia per bona opera, quae deus exigit, et in quibus iuri suo non cessit: ergo per ea opera nobis praecepta non datur satisfactio ex rigore iustitiae.

Ait Arriaga n.o 33 aliis multis reiectis solutionibus posse dominum obligare se ex iustitia suo servo, licet exigat dominus, et ad ipsum pertineant omnes servi labores, v.g. si dicat: mando tibi hoc, quod si feceris propter tuam obedientiam ego me ex iustitia obligo ad dandum tibi tantundem mercedis, ac si omnino liber esses. In hoc casu, licet dominus imperaret, ut superior, opera, cederet tamen iuri suo, quod habebat ad non recompensandum praedictum opus, quod satis est ad iustitiam. Similiter, licet deus opera nostra exigat, ut superior: at promissione se obligat ex iustitia ad recompensandum illa.

Non erat opus meo videri alia impugnatione huius sententiae, quam simplici propositione istius solutionis, quae ipsa corruit sine impugnatione. Verum est posse dominum se obligare servo; quoniam servo tribuere potest ius, et potestatem in aliqua bona, quorum respectu amplius servus non erit, et si respectu eorum maneret servus, impossibile esset, quod dominus illi ex

iust.a se obligaret; sed sic est, quod Deus efficere nequit, q[uo]d. alia actio n[on] sit sub dominio, et potest.e ipsius Dei, neq[ue]. aliquis creatura ... minimus actus emancipare potest; g[o]. latus est discrimen inter respectu Dei creati, atq[ue] creaturae respectu creatoris. q[uo]d. ut palam fiat, ... ponat velis respondens religiosus. dio incapacem cuiuslibet dominii, ... rior illi tradere velit eiusmodi dominium. Dicat superior velle mihi Mercedem retribuere ex iustitia, poterit ne inde se obligare ex iust.a? Quis hoc dicat? Non vacat amplius in re ... festa immorari.

Impugnat 4° apriori praefata solutio ... cuius doctrina: Deus plenum, et perfectum dominium rerum ... atarum solummodo habet, et creatura dominium secundum quid ... tatum, et dependens â Creatore hoc cum hoc stare nequit iust.a ... Deus, et creat; licet creaturae inter se aliqualem, et restrictam iust... cere possint; cuius ratio ē; quoniam ego possum transferre in ... ius illud, q[uo]d. nisi ... permittitur. Deus in res suas, non ... lio pacto dono Petro illud, quod antea non erat sub ... ali dominio, et potestate ipsius, nisi, ut illud conveni... eadem submissione ad Deum, quam ego obtinui: at Deo ... Novum ius tribuere possum: g[o]. licet respectu creaturis aliqualis ... at iustitia, similis exerceri posse putavit int. Deum, et crea...

Secundo. Creatura, ut dictum est non habet ... solutum dominium suarum actionum, verum semper dependens â ... hoc si respectu Dei daret iustitia, fieret creatura hoc arbitrio ... nium, et independens a Deo in id quod fuisset materia iusti... est qua debebat Deo tribuere aliquid, q[uo]d. Dei non erat, et in cuius ...

non pendebat à Deo; duo enim aliquo modo dependentes à tertio contrahere, et commutationem exercere possunt manente eadem dependentia a tertio: at cum ipso tertio contrahere non possunt in re dependenti ab ipso: ergo similiter in praesenti. —— Sextio non dissolvit sententia relata argumenta capitis praecedentis, nam non discordat dominium dei cum eo, quod satisfactio fiat eidem ex iustitia, quoniam si cessione, vel non repetitione actionis creatae manet Deus adhuc dominus, nihilominus praedicta omnia arguunt: si vero cessione non maneat amplius dominus, non explicat quomodo Deus abdicare possit creaturarum dominium.

§ Solutio ergo hucusque impugnata a finis vel prorsus eadem illa, quam adhibet P. Obied. 1a 2ae tra. 9 contro. 8. punc. 7. et illam, uter, ut reor, desumpsit ex P. Rhonte Stur. superius relato: et si obligationem iustitiae commutativae rigorose inter Deum et creaturas neget Obied: nihilominus argumentum cap. praecedentis propositum inefficax esse iudicat ad cuius explicationem supponit actiones nostras esse Deo debitas remote, quatenus potest illas exigere si velit: non vero deberi proxime, quia actualiter illas non exigit: v.g. ego non debeo elicere nunc actum temperantiae titulo dominii quod habet Deus: at ubique potest Deus exigere illum actum: quatenus actu non exigit, reddit iure actuali quod habet, unde eliciendum liberi a creatura, et hoc sufficiet ad obligandum Deum ex iustitia, si adsint omnia alia requisita.

§ Ex his adeo propositionemque in praesenti negotium facessere solet proposita in forma, nempe per illa, quae debemus titulo dominii non possumus obligationem imponere illi cui sumus debitores – Hanc propositionem distinguendam docet Obied: quae sunt debita proxime, et actu exiguntur

reedi; q^{do} tantum radicaliter sunt debita, et non exigunt, negat. similiter per illa, quae sunt sub dominio Dei tantum in actu 1º possumus satisfacere Deo: non autem per illa, quae in actu 2º subsunt eius dominio, et exigunt.

§ Haec omnia eisdem argumentis refelluntur, quibus argumentis sententia confutata manet. Non distinguit haec sententia scissionem iuris a exigencia rei; quae duo esse distinctissima quilibet tyro in re morali satis novit. proinde falsum est, quod posit satis fieri alicui ex iustitia per rem suam

+ noviciô

quamvis actu illam non exigat ut est manifestum, alioquin commodato posset commodanti satis fieri ex iustitia pro aliis debitis, quod est absurdum. Hinc evanescit illa distinctio debiti proximi et remoti, quae plane fictitia est. 2º notandum est paronsicede loqui Obiedum dum dicit rem in actu 2º non existere sub potestate aut dominio alicuius, quia illam non exigit: inde non sequeretur rem alienam, quam dominus non repetit posse iuste retineri, quod est absurdum, sicuti absurdum est quod non clamet pro domino. Si id per quod aliquis satisfacit ex iustitia, potest sibi retinere etiam altero invito; si re aliena, quam dominus non exigit actu, potuit satisfacere ex iustitia quilibet, et sibi illam retinere, alteri distrahere, donare etc. mitto alia innumera, huiusmodi absurda. Cap. 8. alii recentiores solutiones quaestionis de dominio Dei ex obligatione iustitiae conciliari existimant impossibile, et refelluntur.

§ Alii recentiores, quibus hucusque relatae solutiones non placent aliam ingressi sunt defendendi viam, quam breviter referre, et refellere conabimur. in primis Dei perfectissimum dominium omnes creaturas fatentur, et non

volunt

Deus obligari sua promissione ex iustitia, et ita quod si gloriam promissam iustis per impossibile retineret, iniuriam inferret iustis; unde sine iniustitia impossibile est quod gloriam deneget; quia promissione exurgit impeditor ad denegandum, et impossibilitas fundat translationem iuris. Haec autem impossibilitas est coaeva ad dominii exercitium, unde fit, quod sit cum dominio Dei operationum obligatio iustitiae, sicut impossibilitas coaeva ad libertatem operandi potest cum libertate: ergo similiter obligatio coaeva ad dominium operationibus est cum ipso dominio.

§ Ad haec solutio Scribolae est: fatetur Deum ante promissionem, et independenter ab illa habere perfectissimum dominium in creaturas, ac proinde in eo statu esse incapacem cuiuslibet obligationis iustitiae: at promissio subsequens utrum stiterit iustitiae, et obligationi, quod non aliunde provenit, nisi quia promissio perfecta aliquid iuris Dei transfert in creaturam; quemadmodum promissiones humanae acceptatae, et contractus irrevocabiles tenentes ad dominium rerum transferunt ius: ergo promissione a Deo facta non manet amplius dominium Dei, sicut facta promissione a Petro vel contractu non manet amplius dominium, licet tam promissio, quam contractus consequantur dominium: liquet ea, et illius ratio; quia destructo dominio per translationem non manet amplius dominium.

§ Exemplo libertatis urgetur solutio: impossibilitas subsequens, licet absolutam libertatem; hoc est supponit facta, conservet: at facta supponit et exercitia non manet amplius cum illa libertas: ergo similiter facta promissione non amplius dominium. Pro quo nota amplius id quod superius dictum a nobis est, nempe esse aliqua exercitia dominii, et libertatis, quae semel posita in actu evertunt libertatem, et dominium, ut libertas se occidendi, ius transferendi dominium etc. Falluntur igitur egregie, qui sub conservari libertatem et dominium existimant cum quolibet supponit vel exercitio subsequente ad perditum libertatem, et dominium.

Confirmatur haec ratio exercitio quod liber dominus
conservans ipsum dominium, licet quandoque reddat impossibile aliud ex-
tremum contradictorium s. contrarium, nunquam tamen reddit illud
iniustum: accommodo v.g. equum meum Petro accipienti alter fa-
cienti: ex hoc sicut non possum eundem equum sub accommodare
Ioanni, ut erat manifestum: at si possibile esset utrumque hoc sub opp.
ti, ego nulli facerem iniuriam: similiter cum libertas posito actu odii
non possum sub opponere amorem, si essent compossibiles sub esse liberaliter
utrumlibet sub ponendum ac nunc quodcumlibet sortiri: ergo si Deus
post promissionem faceret iniuriam retinendo gloriam per im-
possibile, signum manifestum est, quod post promissionem non manet amplius
dominium.

Ad haec ratione impugnationem residens aliis rentiens pro
dictam sententiam nitentes fulsi: etiam si Deus gloriam retinere
non posset sine iniuria aliorum, adhuc retinet dominium perfecti-
ssimum: ratio est; quia ad perfectissimum dominium sufficit potestas extendi
re in omnes usus possibiles ipsius, quandoquidem dominium non est ad
usus quimericos; sed solum ad usus reales, et absolute possibiles: quapropter
dominium, quod conditionaté solum dominium est, absurdé relegat a ratione do-
minii per viros doctos cap. 1. relatos, multo magis putandum
est non pertinere ad rationem dominii usum rei sub conditione impossibili.
Confirmatur: non est contra veracitatem Dei, quod Deus admittat falsum
sub conditione impossibili: ergo neque contra iustitiam erit, si admittatur
Deus iniustus sub conditione impossibili. Denique quis non vide-
at contra ius Dei minimé esse, quod citra iniuriam nequeat ne-
gare gloriam.

Sed contra responsionem est, quia, ut iam vidimus ad explan-
dam vim dominii necesse est uti enuntiationibus sub conditione im-

possibili, ut patet in eo, qui equm accommodat Petro cum Hispali retento dominio equi: in quo casu rogo, quare dominus habet ius in equum, qui ex suppositione, quod iter faciat Hispali impossibilis est usus praedicti equi ad aliud iter faciendum? Profecto non ex alio capite dignoscetur dominium equi, nisi quia facta conditione impossibili nulla alteri subsequitur iniuria: quare falsum est, quod dominium non exigat veritatem positionis sub conditione, cum dominii sit potestas ad utrumlibet extremum sine alicuius iniuria.

Quod affert de dominio sub conditione, quod non sit propria dominii, iam abunde reiectum manet, et notatum eo loco stabilitum fuisse eius doctrina ad praesentem illi superstruendam. Ad quod, non est ratio veracitatis Dei, quod sub conditione impossibili, stinente falsitate formalis inferat Deum esse falsum, ut si dicas: Deus falsum dicit: ergo non est verax: at posita conditione impossibili ex vi praeti existentis absurdi in Deo, quod inferat Deus non esse verax, id erit inveniuntur. Similiter invenientur erit admittere Deus iniustus ex vi praeti, quod verum datur in Deo, etiam sub conditione impossibili vere datur in Deo decretum de gloria danda iustis, quod si per impossibile non largiatur gloriam, erit iniustus.

Sed ne nos removeat haec doctrina de conditione impossibili dicendum ad ias iudicamus ex quovis impossibili formaliter sequi quodlibet. Independenter ab explicatione dominii per positionem de conditione impossibili, a priori refellitur praefata solutio, quia eo ipso, quod Deus omittat gloriam praedestinatis, non amplius manet gloriae dominus quia non potest iam illa uti in suis omnibus viribus secundum vos praedestinati, quod hoc requiritur ad dominium, ut ex se constat: ergo Deus non amplius manet dominus. Maior admittitur ab adversario. Si dicat nullum vero gloriae secundum vos praedestinati esse Deo tunc possibilis. Rogo, in quo nam consistat dominium Dei in casu praedicto? Vel an dominium stineat positionem liberam ad extrema varia, et contradictoria? Non est assignabile in quo consistat dominium.

Propter haec P. Hurtado supra capite 1. relatus, ut assignarent in quo

ositat dominij dei, supposuit dominium in solidum in rem eandem posse reperiri in creatis pro uno instanti, ut illi ementis, et vendentis, interdonantis, et donatarij pro instanti donationis et emptionis. Deus igitur donat bona supernalia creatis, quorum dominus est eorum, quae donat: durante vero per totam aeternitatem voluntate donandi, dat titulum dominij etc. ecce quomodo beati, quos praedestinatos fore, dominium obtinent.

Hanc doctrinam ex pro[...] reieci, et supra cap. 4. insinuavi breviter rationes, ob quas, nec pro uno instanti potest dari duorum dominium in solidum in rem eandem; quia pro eo instanti, quo rem trado, destruo meum dominium per actum destruentem pro instanti, quo est destruens, negat compati cum destructa re ergo neque dominium cum translationis actu: exemplum familiare huius doctrinae habetur in actu occisionis sui, cum quo repugnat simul libertas; licet tamen libertas, qui se occidit pro instanti immediato ad occisionem, quod satis est: qui transferat dominium, illud occidit, quod extitit in instanti immediate ante. Ratio a priori est, quia dat actum, et exercitium dominij, sicut et libertatis, quod est incompatibilis cum ipso dominio, et libertate pro instanti, in quo est, quod male advertens a Patre Suarez et alijs, illos coegit, ut contra communem theologorum et iurisconsultorum placitum docuerint dari duorum dominium in solidum in rem eandem.

Notavimus etiam supra citato cap. 4. huius disp. frivolum, et imperfectissimum esse id genus dominij, quod Pater Sanchez tribuit deo in actu creationis, siquidem aliud tribuitur dominium genus supposita dicta opinione, quam illud quod habet religiosus, dum profitetur pro instanti professionis, et qui habet vendens tamen in instanti venditionis; hoc argumentum abunde et copiose prosequitur tom. 2. de ente supernali lib. 4. disp. 8. 3. a numero 30.

§ Alij recentiores, ut defendant obligationem istam in deo, tal[...] existere cum ipsius dominio distinguunt duplex genus dominij proprietatis, quod deus, et creatura rationalis in suas actiones obtinent; dominium illud creaturae rationalis appellant utilitatis, quia ad commodum creaturae ordinantur aliarum creaturarum emolumenta

dnium Dei vocant excelentiæ, quatenus in Dei excelentiæ, ut finem ultimum omnia creata referuntur. ergo inferunt soli Deo competere dnium excelentiæ quatenus utitur rebus creatis omnia in gloriam alterius cuius libet, in cuius excelentiam redundent creata; quapropter alius præter Deum non est capax eius generis dnii, quod habet in creaturas. Dnium utile creaturarum participant aliæ creaturæ quatenus in ipsarum bonum commodumque ordinantur res creatæ, et hoc genere dnii non fruitur Deus. ecce quomodo cum dnio Dei stet obligatio eiusque ad creaturas. Hæc solutio. licet ipse congrua videatur, futilis est omnino; primo licet Deo res creatæ non sint utiles: adue non proterea caret dnio rerum creatarum quatenus ducibiles sunt: hoc supposito, rogo, an promissione S. Donatus, ita a se abdicet Deus prædictum dnium conducibilitatis, ut illo se exuat et transferat in creaturas: si dicas Deum illud transferre: ergo Deus abdicare potest suum dnium transcendentalem, quod absolute loquendo est absurdum. si dicas non transferre dnium, sequitur quod Deus non se obliget ex iustitia et subinde tota moles argumenti capitis 6. propositi incumbet æque in hanc solutionem atque in aliquam quam libet. Hinc patet frustra esse excogitatum ad rem præsentem illud duplex dnii genus.

Rogo posita promissione Dei deuolutæ secunda Prop. an Deus posit prædictam utilitatem sine iniuria negare? Si potest inferetur non obligari ex iustitia, ut supra inculcatum manet 2a aliis solutionibus. si non potest: ergo nullum amplius dnium habet. 3o si dnium Dei stet ad utendum creaturis sine iniuria alterius Dei solummodo in a. ad donandum creaturis inanis erat pleraque, ut bene notat P. Ripalda n. 34. quæ supra relatæ; 4o si dnium Dei solum consistit in potestate utendi rebus creatis sine iniuria alterius Dei ergo totum reliquum dnium pertinet ad creaturas,

et coent nos creatas sine illarum iniuria tollere nequit Deus quod est absurdum. mitto alios impugnandi videndos apud Philipal. citatum.

§ Ultima aliorum solutio ita traditur; ius creaturae exquirunt non distinguit realiter a promissione Dei, quia posita promissione non potest Deus negare creaturae promissa; quod sine iniuria negare nequit; siquidem ipse promisio, et negans venit contra promissionem, et contra ius; at non diminuit dominium Dei neque ullam imperfectionem in eo arguit quod non posit contravenire, et obstare suae promissioni: quia neque diminuit dominium quod non posit contravenire iuri creaturae. ecce quomodo conciliatur dominium Dei cum obligatione iustitiae ad creaturas.

§ Sed haec solutio falso nititur fundo, certum enim solam Dei promissionem non esse adequatum ius creaturae; aliud est ius fundari immediate in promissione, et aliud promissionem esse ipsum ius: Ideo verum est, non enim quia Deus promittit gloriam omnibus hominibus, neque omnes habent ius ad gloriam. promissio non transferens ius solum obligat ex fidelitate quia ab illa distinguit creaturae ius. quia promissio transferens dominium facit quod illud prius habens a se abdicet; quia Deus suum dominium abdicare nequit: quia neque taliter promittere potest quomodo tollitur huius sententiae fundamentum, cuius alias impugnationes praetermitto. cap. 9. verosimilior resolutio difficultatis propositae cap. 6. proponitur.

§ Impugnatis aliorum solutionibus superest ut nostram quam existimamus verosimiliorem ad explicandum dominium Dei naturale, sub cum obligatione iustitiae quoad creaturas, adhibeamus

id quod per aliquot contractum expedire enucleavimus. Dicendum secundo non obstante dominio transcendentali dei potest Deus obligari ex iustitia vi sua promissione, et actibus creaturae. Ad resolutionem revocando prius in memoriam triplex dominii genus quod cap. 6 explicavimus: tunc etiam ob oculos ponendo, quod cap. 4 dictum est de pacto transferendi iuris, et dominii in aliquem, nempe quod inducat obligationem iustitiae. Ex his infertur quod si Deus habeat pactum, et voluntatem de iure suo non physico, sed morali in creaturam transferendo, obligandum creaturae ex iustitia ratione iuris moralis in eam translati. Haec illatio constat, quia, ut dictum est, voluntas absoluta, et efficax transferendi ius, et dominium in aliquem obligat ex iustitia; sed in facta hypothesi haberet Deus voluntatem efficacem transferendi dominium suum morale in creaturam: ergo illius promissio, et pactum obligaret ex iustitia.

Suppone distinguamus dominium excellentiae dei a dominio physico productionis, et alio, scilicet morali quo Deus si creaturam re aliqua nunquam si eam produxisset in omnes usus humanos rei: hoc dominium morale fere semper Deus illud creaturae tribuit, licet quandoque penes Deum remaneat, et remanere possit, ut constat ex dictis cap. 6. hoc igitur praemisso probo Deum ex iustitia obligari creaturae; ita quod si dominium morale deneget iniustus evadat, et assumo in exemplum pactum genesis 17. initum cum Abrahamo. ambula coram me et esto perfectus, ponamque foedus meum inter te, et me, dabo quoque semini tuo omnem terram Chanaam in possessionem aeternam. hic contractus, et foedus est de genere onerosi, et in ordine ad translationem dominii moralis, et utilis in posteros Abrahami: cur igitur (etiam seclusa dei auctoritate) non obligabit Deum de rigore iustitiae?

§ Praedicebis 1° non posse obligari Deus ex iustitia cum sit supremus rerum dominus, et habeat inabdicabile dominium, ut late cap. 3° a nobis expositum est. Ideo dicendum, quod dicta promissione et similibus non obligatur Deus ex iustitia, sed ex fidelitate. Impugnat hoc versus, et sal. explicatur. Ratio potissima contra his propositis et expeditio difficultatis cap. 6. propositis. Deus potest tribuere Abrahami posteris titulum domini in terra Chanaam, quo cuius iure illam et sui obtineant, et possint de illa more humano, et morali pacifice cum aliis hominibus, ergo potest obligari ex iustitia Deus, et conventione potest abdicare a se dominium morale, et humanum terrae Chanaam, licet titulum, et dominium physicum quo illam produxit, et servat nunquam abdicare possit.

§ Illatio praedicta facile ostenditur, et sub ratione propositum, quia posita conditione pacti non minus obligatur ex iustitia Deus, quam homo quilibet, neque potior ratio datur unius, quam alterius, siquidem dominium morale, et humanum potest conditione Deus tribuere hominibus; eodem pacto ac si Deus ostendat homini in agro [illegible], iure naturali dictus thesaurus in cuius [illegible] sancta ad inveniendum pertineret; similiter si Deus tribuat, et producat [illegible] fructum in arbore, licet penes Deum residebit titulus physici dominii, et productio fructus: at morale, et humanum dominium et illum pertinebit cuius est arbor: cur igitur non obligatur Deus ex iustitia ad istud dominium morale transferendum, et tribuendum homini.

§ Praedicebis adhuc 2° non potest obligari ex iustitia Deus etiam conditione sui pacti posita ad transferendum dominium morale, et humanum: quia potest sibi vindicare quamlibet actionem creaturae titulo supremi dominii; sed qui potest sibi arrogare actionem non tenetur ex iustitia; ergo etc. [illegible]

sim

sed impugnatur sic solvi, et sal applicatur tradita sol quia
dominium morale, et humanum actionis liberae non potest sibi arrogare Deus;
sicut nec tradere potest Paulo fructus natos in agro Petri; ideo de-
cernat tradere semini Abrahami terram Chanaam, si convenit po-
nat Abrahamus conditionem tenebatur ex iustitia Deus ad pactum
suum ad implendum; nam pactum sub conditione, et titulo oneroso non potest
non obligare ex iustitia.

§ Sed est 2° quoniam actio libera Abrahami ambu-
landi coram Deo pertinebat a Deo domino supremo, et ab Abra-
hamo domino particulari; quapropter actio praedicta quatenus libera,
et humana est a solo pertinet Abrahamo; quia Abrahamus habuit
dominium physicum in suas actiones, et titulum, ratione cuius soli ni-
tuntur Abrahamo, quatenus humanae, et morales actiones sunt;
sed hoc nullo pacto tollit dependentiam a Deo: itaque stat optime, quod
homo habeat dominium morale, et humanum completum in suas actiones,
licet semper dependens a Deo. hoc enim dominium morale in res creatas
fundatum in dicto titulo, et semper dependens a Deo est id ip-
sum quod unus homo in alium transfert, aut permutant, ven-
dunt etc. Deo si nullum ius morale solitarium, et in solidum
in actus suos obtinerent creaturae necessario evaderent irrita
omnia commercia, et contractus hominum sine expresso consensu Dei.

§ Uero a creaturae quod ius physicum in suos actus
obtineat, et ea ratione se habeat ut fundet denominationem, quae
tribui Deo nequit; v.g. quod ultimo determinet, quod libere produ-
cat ultimo actionem, quod mereatur, vel demereatur per illam
etc. facile hinc intelligitur quomodo Deus obligetur
ex iustitia vi sui pacti cum creaturis; quoniam pactum
est Deus cum Abrahamo sub conditione, quae in potestate
Abrahami residebat, et ad ipsum spectabat speciali
titulo et denominatione completa, qua denominatione ad
Deum non attinebat, et si semper dependens a Deo: ideo si
Abrahamus posuit praedictum specialem titulum, et conditionem

151

obligatur Deus ex iustitia.

§ Libet ulterius explicare quomodo conditio predicti pacti, nempe ambula coram me, licet pendeat saltem a Deo sit tamen propria Abrahami speciali titulo, quo non spectat ad Deum. nota id, quod evenit in contractu societatis quotidie: Dat Ioannes Petro pecunias, nempe duo milia ducata, ut profectus ad Indos impendat sua diligencia pecunias in merces indicas sub hac conditione si diligentem operam navaberis, et lucratus fueris quingenta ducata preter dimidium lucri quod tibi cedet, augebo sortem, et capitale in annum sequentem ad quatuor milia ducatorum: quis dicat, quod posita conditione non tenetur Ioannes ex iustitia adimplere pactionem tum quoad dimidium lucri, tum quoad augmentum sortis.

§ Ratio huius a priori est, quia licet conditio lucrandi ducata quingenta dependeat a pecunia, et auxilio morali porrigentis, tamen non dependet integre, et in solidum, sed convenit a voluntate Petri, et illius actu speciali titulo, et denominatione, quo non convenit, nec potest convenire a solo Ioanne; quod satis est, ut posita conditione teneatur ex iustitia paciscens: sic licet Deus, qui tribuit auxilium, et concursum actionibus creaturarum, nihilominus tenetur ex iustitia, quando paciscitur sub conditione actus humani ponendi, quandoquidem predicta actio etiam convenit a creatura, quo modo non convenit a Deo; quod satis est ad dictam obligationem inducendam.

§ Dicendum 2o dominium morale, et humanum rerum creatarum ita Deus transferre, et abdicare a se potest, ut amplius ad Deum non pertineat in eo genere. supponit cum dominium excellentie Dei et dominium plenum productionis, quod in creaturas obtinet Deus non posse separari ab ipso Deo: dominium vero morale, ut

conve

conexio rei ad personam ex eo titulo, quo ab hominibus reserio-
lent res creatae, non repugnat quod Deus illud transferat in
hominem, et eius titulum habeat: hoc, non Deus: ergo non repugnat quod
Deus abdicet, et transferat dominium morale rerum creatarum. Probatur 1º quia ut
supra dictum manet Deus prorsus sui ipsius non retinet dominium morale
rerum creatarum omnium v.g. Deus non retinet dominium humanus fructuum
natorum in agro P.P. sed ut constat titulum utendi rebus omnibus in
omnes usus humanos libere cedit creaturis; unde pendere aliquando a
beneplacito Dei: at hoc habere creaturam dominium morale, et humanum
verum, et translatum a Deo: ergo titulum moralis dominii potest a se
abdicare Deus, et illum cedere potius. Probatur 2º quia Paulo ius quo
stat, quod titulum dominii physici vel supremae excelentiae suae trans-
ferre non posit Deus. admisso semel, ut admittendum omnino videtur
quod Deus posit transferre dictum, et dominium morale: neque aliter sine
beneplacito Dei non possent homines comertia exercere; in reli-
quo nulla videatur superesse difficultas in eo quod Deus se obli-
get creaturae ex iustitia.

§ Probatur 2º eandem rationem cum alias allata, ex-
plicando a priori quomodo Deus transferat dominium morale. Per
pactum ita se habet Deus ac si nullo modo oppositum suo pacto exer-
cere posit. ergo existit quod Deus transferat dominium morale et se
obliget ex iustitia. Hoc antecedens probo, quoniam ille qui
nullo modo exercere potest aliquid etiam post impedimentum
oppositum se habet in humanis ac si nullo modo posset,
proinde impedimentum est virtualis, et moralis impos,
cuius ratio ea est, quia homines potestatis tollere non possunt actus
primos, et potentiam radicalem: unde fit quod universe im-
pos moralis per impedimenta physica fiant. Hinc est quod
per promissionem, et pactum impediatur potentia dei physica ad
oppositum pacti proinde se habeat atque si physice abesi-
set potentiam. ecce quomodo transfert Deus et abdicat mediante
sua promissione dominium morale rerum creatarum.

2. Qui vero 3. qui ita mihi rem tradit, ut sibi reddat impotentem eius usum illius, et mihi permittat omnem liberam ad utendum re, et donandum illam alteri, procul dubio transfert in me dominium rei; sed Deus per suam promissionem hoc pacto se habet, ergo per suam promissionem transfert de rei, et dominium morale. minor est extra de dubium. maior ponderanda: et rogo quomodo transferatur rei, dominium quod in humanis? non nisi per traditionem rei, et potestatem utendi ea, et donandi sine cuiuslibet iniuria. potestatem physicam, ut manifestum est non abiicit a se sed rei dominus, ubi illam distrahit; sed satis est quod abiiciat potestatem moralem ea utendi; ergo similiter in nostro casu. multa adiicit P. Oviedo huc. ad movendum ad. pum. 3. ut vim huius rationis enervet; sed nihil solidum meo videri quod perpendendum relinquo. cap. 4. 10. conclusionem relatam confirmant nonnulla altera docti rentiores sententia circumcisis ex ea non nullis falsis.

§ Longe aliquis doctus P. Ioan. Ripalda tom. 2. de ente supernaturali lib. 4. disp. 83. sect. 3. ut conciliaret dominium affectum Dei cum obligatione iustitiae duo statuit; primum non posse Deum stricta iustitia obligare suam potestatem moralem absolutam supernaturalem, volentem quae bono Dei excellentiae; secundum posse obligare potestatem ordinariam volentem bono creaturarum, tum publico, tum privato, eandem duplicem potestatem distinguit in Deo communis theologia, et philosophia, quae constituunt alteram potestatem ordinariam agentem iuxta leges exigentiae quae creaturarum: et aliam extra ordinariam operantem supra praedictas le-

lege, et exigendam.

§ Exemplo Xpti Dni explicat praedictam duplicem potestatem; nam ratione unionis hypostaticae habet Xpus supremum quoddam ius in omnes creaturas, proprietatemque etiam non obstante ut hoc particularis per contractus hereditarios, aliosque titulos acquirere potuit ius, et potestatem in creaturas: hoc dominium morale ordinarium potuit Xpus Dns obligare; non tamen 3: conformiter in Deo datur tunc proprietatis dominium, tunc etiam iurisdictio: si exigat ut Dns, iurisdictio denegatur erit mera inobedientia, ut graves theologi docent: si exigat ut Dns proprietatis, erit iniustitia, similiter hic applicata doctrina, Deus, ut autor naturalis teneatur providere igni concursum non ita, ut auctor supernaturalis: quae stat optime quod Deus obliget potestatem suam ordinariam, non obliget a potestate supernaturali.

§ Idem autor praedictas duas potestates distinguit ex fine ultimo quem: nam potestas absoluta Dei intendit honorem suae excellenciae, propter quem illud fecit: potestas a. ordinaria vero intendit creaturarum bonum: hinc fit, quod haec ordinaria potestas Dei ambitum suum contineat intra naturalem rerum, cum extraordinaria potestas ad omnia possibilia fines suos extendat: ideo, quoniam potestate sua absoluta potest Deus quidquid est possibile, non tamen potest quidquid est possibile potestate ordinaria ultimum discrimen utriusque potestatis ab eodem num. 6. ultimo potestas absoluta est propria Dei, et illius ius minime abdicabile: at 2a potestas accidentaria, et abdicabilis est. haec omnia si bene, et sane explicet non parum iuvat doctrinam traditam a nobis conformiter magistro.

displicet, quod illius autor non bene discernat dominium Dei in titulo physico a dominio morali, et humano titulo: etsi non concurrat physice ad producendos fructus in agro Petri, etiam

titulo posit ant. ad oe dnium creaturarum eos fructus sibi vindicare: s. in solidum creaturae ni tribuere. at supposito qd fructus nascant in agro Petri, quem emptionis l. haereditate acquisiuit, nequit Deus illos sibi vindicare titulo morali, et humano quando quidem Petrus haereditatis vel donationis, aut alio humano titulo illos obtinet, et titulus productionis physicae causae universalis est oio ante ad quemlibet humanorum titulum.

§ In certa qd insinuat praefata sententia vt Deus operantem potestate ordinaria cum creaturis maneat in solidum dnium veri creatoris, vim aliquam docet; quia ni concurrit solus Deus ad actiones praedictas neque detriori liberae creaturae Deo soli attribui pot vt e evidens: qd Deus concurrens potestate ordinaria cum creaturis habeat titulum dnii physici subalterum, et dependens a creaturae cooperatione. falsum. a. docet idem idem auctor dum dicit non dari posito decreto ni transferri aliquis ad creaturas quia si de dnio morali loquat id falsum e, vt constat ex praedictis ante cap. i dnium. a. physicum etiam pot ordinariae dei in abdicabile e vt patet qd fundat in titulo causae universalis.

§ Notandum. a. qd supernaturalis decreto dei qd decernat Deus concurrere cum causis 2is sub ista limitatione. s. illa tempore contra comodum speciale creaturae rationalis, vel vbi dei gloria aliud ni postulauerit: tum posito casu decreti Deus segerit ac si potestatem physicam ni habuisset aliud agendi: consequenter transfert dnium, etiam morale in creaturam; quia, vt dictum, tum creatura

habet

het potest moralem, et humq quo iusto morali titulo ita pot uti re sua, ut nulli faciat iniuriam; quo posito decreto ita se het rōalis creaturaq etc.

§ Ex dictis facile cognoscit quod si Deus per ampole potestate sua extra ordinaria ad ostentandum omibus. s. alia suam excelenciā deruger premia iustis, aut destruat terram Chaan impleta vdi de illa tradenda semini Abraham, nō propterea erit iniustus, aut se geret vi decreti atque si nō posset: quod geret olo sius dnium aftium. facile hoc ostendit quia dnium morale, et humū quod cedit Deus creaturū, et abdicat ā se, fundat in volunt.e Dei iurrendi ay causis creatis, tribuendi Abrahami posteris terram promisam, et in pdicto decreto fundatur ius, et dnium creaturę; quod pdictum decretum nō ē oi absolutum exce, et pro casu extra ordinaria prouidentię nō ocurrat: quod pot Deus ē iurrereay creaturis, aut denegare terram promissā si decretum habuerit exceptionē prouidentię extra ordinarię.

§ Hac doctria ad breuiorē formam redacta; dicendum ē 3. coont ad oc.ne propositos cop.o dnii; dnium morale altum, extra ording prouidentię exigente ocasione de excelencię ostentande, nunquā Deus ā se abdicat vel abdicare pot moralit; bene nō dnium morale humm, et ordinarium. ad cc.ne neiue ē explicemur bravit quod sit dnium altum, id que exemplis ab oibus receptis; Respublica. s. Rex intraheus cum cibe qua priuato suorum bonorum administrat.m tenetur reddere, id quod in tractu ē; ni hilomq nō iuste operat Rex. s. respublica si aterno bono oi, et grabi totius rei publicę, aut regni commodo nō redat de quo tractum ē: hoc dnium, quo Rex. s. resp.a ad subeniendum

75

cui bono pot usurpare privatos facultates, dicit dominium altum: in cuius expositione amplius immorari n̄ lt.

§ Applicato hoc ad regimen, et dnium Dei; eadem proportione, qua una creatura r̄a alterius in ordine ad huma͂ commercia exercet dnium ordinarium, q̄d barbare dicitur basum, et prǣter dnium altum: sic Deus ex p͂ta ordinaria, et modo communi dicitur pot cedere p͂rius, ut pro libito utatur rebus et actionibus; et nihilominus extra ordinaria providentia, et utendo bono suæ excellenciæ, id postulante ocasione pot impedire actiones p̄ et uti dnio suo morali alto: quod applicatur oibus exemplis in p͂rio cap͂ apposite relatis, praeipue illo ex parte Dni, qui r̄oe contractus, aliis que titulis pot ex iustitia obligari, n̄ minus quam hos aliis quilibet: atn̄ potestate suæ excellenciæ, et umionis hypostæ si uteretur n̄ faceret iniuriam neq̃ inverteret obligationem iustitiæ moralis et ordinariæ, sicut dnium altum sub r̄oe patitur cum exercitio ordinarii dnii.

§ Q̄. a. posit Deus abdicare dnium morale ordinarium q̄ p̄ratum monet variis r̄oibus, et alia n̄ indiget nisi perfectissimo dnio Dei, neq̃ eo ipso q̄ Deus optineat tale perfectissimum dnium pot pro suo libito uti creaturis, ad id exigitur, q̄ posit transferre ius morale, et humanus, et illud transferre Deus, et abdicare pot. Abdicabit a. si ita se gerat ac si n̄ produxisset creaturas, eo modo, quo actus liberi physice producti n̄ possunt nisi a p̄, et proinde titulum dni physici in actiones suas nequit a se abdicare, bene vero dominium morale, et

et huius v.g. d[omi]no q[ui] s[er]v[u]s retradit in servitutem, perinde se habet in ordine
aestimatione, ac si non pertineret ad suos, quandoquidem illos vendere,
secare, aut distrahere non pot[est] [ergo] pariformiter Deus.

§ Positiva pars prae-
sentis conclusionis in eo consistit, quod Deus nequeat abdicare dominium morale
suae excellentiae, idest cuius suae potestati, et attributis convenit; et
quidem decens est, ut Deus abdicet eiusmodi dominium; sicut non de-
cet quod relinquat iustos sine praemio, quod transgrediatur sua prae-
cepta; licet ad utrumque potestatem physicam habeat; et sicut nullam im-
perfectionem arguit, quod Deus ex iustitia obligetur creaturae, per do-
minium morale ordinarium, quia id non detrahit supremae excel-
lentiae Dei, neque supremae dependentiae creaturarum; quoniam ius, quod
nascitur ex dicta excellentia, et in ordine ad quid dandum illi trans-
ferri non pot[est] in creaturas, sicut neque titulus eiusmodi potestatis.
Ergo ius alium, quo Deus convenit supremo bono, et excellentiae suae
obligari nequit creaturae; quandoquidem argueret imperfectionem
moralem, et quandam irrationabilitatem, quod abiiceret Deus curam
suae excellentiae, et bonitatis; sicut irrationabiliter ageret in Prin-
cipe temporali quod abiiceret curam com[munis] boni regni s[eu]
reipublicae, ut conservaret obligationem suam particularem illaesam
sartam tectam. Etc.

§ 3a ... statuam praeter alia genera-
lia argumenta cap[itis] seq[uen]tis proponenda obiicies hic 1o. Deus ut crea-
tor reddit iustos dignos praemii, et etiam ex potestate ab-
soluta nequeat contra suam promissionem ire s[eu] dicta praemia
denegare, quod pariter suggerit Sacra scriptura; ... ex ip-
so quod de absoluta potentia non possit iustis negare praemia,
etiam potestatem moralem suae excellentiae, et absolutam obli-
gat: proinde ita se gerit in collatione praemiorum atque
si ius alium, et potestatem excellentiae non haberet; quod trans-
fert ius alium, et excellentiae; ... eodem argumento pro-

superius praevimus posse Deus abdicare dnium morale, et humanum rerum creatarum. Hoc argumentum proponit P. Hispal. disp. citata 83. n. 62 et variis instantiis urget, usque quo respondet retensionem gloriae, et rei promissae à Deo esse impossibilem, quod non esse impossibilem ex sua creatione. haec solutio impugnata manet ex dictis à nobis; nam eo ipso quod retensionem sua promissione reddat impossibilem, eius translatum est reus.

Resp. igitur sacram scripturam ignorare talem esse Dei promissionem de praemio iustis conferendo, quod etiam de potentia absoluta nequeat illa Deus negare: verum hoc ideo provenit, quod Deus antea ad decretum, et promissionem suam praevidit nullam suae excelentiae demonstrandae urgentem, et efficacem occasionem occursuram ad denegationem praemii; quod si talem occasionem praevidisset, non potuisset promittere praemia absolute et sine ulla conditione: sicut Rex si praevidisset in contractu quem init de fundo tradendo subdito, nullam occurrere posse com[m]unem, et publicam necessitatem ratione cuius fuisset necessarius uti potestate alta, aut suprema dominativa posset sic contrahere, et promittere nulla ratione, aut occasione ipsi auferendum praedium, et quia Rex id certo non praevidet, solum conditionate contrahit, seque obligat ad rem contractam tradendam, si non occurrat commune Regis, Regni, aut Provinciae dispendium, insignisve utilitas.

Sed replicabis, quod inconveniens sequeretur si Deus obligaret dominium illud supremum suae excellentiae, et ita se gereret ex vi suae promissionis, ac si potestatis illius moralem, et excellentiam non obtineret? Respondetur, inconveniens, quod sequeretur

53. 12

[illegible]

creaturarum, non potest sine indecentia morali alterutrum negligere, sive ea sit necessitas moralis, sive physica, (de qua in praesenti non disputo) sicut supposita hac providentia non potest Deus contravenire suis legibus.

§ Obiicies 3. Si Deus abdicaret a se dominium morale alicuius rei creatae, non maneret perfecte dominus eiusdem rei; sed hoc implicat contradictionem: ergo quod abdicet dominium morale Deus. Probatur maior. eo ipso quod abdicaret dominium irrogaret iniuriam creaturae, dum arrogaret sibi rem praedictam: sed irrogans iniuriam non est perfecte dominus rei ut constat; ergo etc. Respondeo distinguo maiorem non maneret cum potestate morali; et dominio humano ordinario rei, concedo maiorem non maneret cum potestate, et dominio physico, et simul cum dominio alto morali rei, nego maiorem. ad probationem maioris Respondeo similiter irrogari iniuriam; quia dominium rei morale abdicavit Deus praedicta.

§ Si instabis, quod ubi dominium physicum rei aut quomodo illud sibi retinet Deus, abdicato morali. Respondeo facile quod Deus mediis causis secundis potest rem illam creatam destruere, et se non a conservatione illius providendo, et disponendo exigentiam causarum secundarum, et sine praedicta exigentia a se ipso potest suspendere conservationem rei. quolibet istorum modo nullam irrogabit iniuriam habenti dominium morale, et humanum in rem: ratio est, quia tale dominium fundatur in conservatione per concursum causarum secundarum, et universalem Dei quandoquidem ius morale, et humanum est ad ipsum quod versatur in commercio humano et ab uno in alium transfert; sed solum ius morale dependens a conservatione transfert

ecce ad q. statuit dnius ph[...]um Dei, et quomodo ab dicato morali retinetur. — Ergo manet in Deo dnium altum, et morale, ut explicatum est, quod non praejudicat dnio morali ordinario.

§ Obiicies 4. non potest dari obligatio iustitiae inter dnum, et servum inter Patrem et filium, ut docet Aris. 5. Ethicorum cap. 6. et S. Thomas 2a 2ae quaest. 57. ar. 4. cum omnibus theologis, et iure consultis; sed strictius et magis praecisa obligatione residet creatura sub dnio Dei, quam servus sub potestate sui Dni aut filius sub potestate Parentis: ergo creatura nequit obligari Deus ex iustitia. Resp. in eis, in quibus servus et filius nullum diversum ius habent a Parentibus, et dnis non posse inter eos nasci obligationem iustitiae. Similiter inter Deus, et creaturam similiter nullus ius posse nasci, nisi dato translationis titulo qua Deus abdicet ius morale creaturae. strictius a. per se loquendo nectitur creatura cum Deo, quam servus cum dno; quia la nexio est in existendo: at existentia servi, et filii non dependet a parente, aut dno: at ius morale creaturae, quandoque dividit a iure Dei, quomodo ius servi, aut filii non dividitur a Parente, aut dno.

§ Obiicies 5. ex parte obiecti.

Moveri citata num. 8. n. 53 creatura non habet absolute ius ne Deus illi praemia deneget; sed non denegat praemia potentia morali ordinaria, quare eque facile per potentiam absolutam potest Deus denegare praemia, atque illa

9cedit per pot. ordinariã; unde certe simile erit ius crea-
ture, q statuimus erit iuri, q ego haberem ad aufe-
rendum rem magis depositam a depositario manu si-
nistra, qui a. manu dextra; & hoc ius procul dubio est
ridiculum: Et est illud, q nos 9cedimus creaturæ adver-
sus Deum. Confirmatur: quando Deus obligat pot. moralem or-
dinariam ad conferendum premia iustis, ita se obligat,
ut nulla potentia queat premium denegare: si nulla
pot. ui, q oīs

§ Dicendum 2º Deus se ipsum obligari potest ex iustitia distribu-
tiua creaturis. nulla difficultas mihi videtur quod Deus in distri-
butione alicuius premii inter plures se ipsum obliget ad proportionem
geometricam inter accipientes seruandam, neque mihi ulla apparet
repugnantia; unde patet resolutio prima questionis. an defacto perfectam geo-
metricam proportionem obseruet Deus in afficiendis iustis pre-
mio meritorum controuersum est inter DD. aliqui affirmant quoniam
actu Deus ita afficit premijs meritum Petri et Ioannis v.g. ut sicut
se habent merita Ioannis ad coronam gloriae, ita etiam merita
Petri attenta dignitate cuiuslibet; et hoc proprium est iustitiae distribu-
tiuae, ut pote proportio geometrica ut supra dictum, ergo defacto ob-
seruat Deus iustitiam distributiuam reddendo premia iustis.

§ Alij contra predictam iustitiam Dei absolute docent
non esse distributiuam, quia precipuam differentiam, qua discrepat
iustitia distributiua a commutatiua non participat; etenim quod distri-
buant premia cum munio rei, ita quod unus accipiat amplius,
quia alius accepit, vel accepturus est minus; quo magis proportionem

exigi ad iustitiam distributivam per se, reputant hi DD. Praetor v.g. in reipublica centum fanecas tritici distribuat inter aliquos egestate oppressos secundum uniuscuiusque indigentiam, ita ut ille qui unus plus accipiat, quia alius minus est accepturus, in qua proportione fundatur iustitia distributiva: at hoc non invenitur in distributione gloriae, quia idem omnino recepit S. Franciscus v.g. sive alius sit minus, sive magis recepturus.

